HERVARAR SAGA

På

Gammal Götska

Med

OLAI VERELI

VTTOLKNING

Och

NOTIS



UPSALÆ

Excudit HENRICUS CURIO S. R. M. & Academiæ
Upsaliensis Bibliopola. Anno 1672.

Then

Stormächtigaste Furste
Och
Herre
Her CARL

Sweriges Göthes och Wendes Konung och Arf=Furste/ Storfurste till Finnland/ Hertig uti Skåne/ Estland/ Lijfland/ Carelen/ Bremen/ Verden/ Stetin Pommeren/ Caßuben och Wenden/ Furste till Rugen/ Herre öfwer Ingermanland och Wißmar; så och Pfaltzgrefwe wid Rein i Bejern/ till Gulich/ Clewe och Bergen Hertig

Min alranådigaste Konung.

Then

Stormächtigaste och Högborne Furstinna och Frw

Frw HEDEVIG ELEONORA,

Sweriges Göthes och Wendes Enkie-Drotning/ Storfurstinna till Finnland/ Hertiginna uti Skåne/ Estland/ Lifland/ Carelen/ Bremen/ Verden/ Stettin Pommeren/ Cassuben och Wenden/ Furstinna till Rugen/ Fru öfwer Ingermanland och Wißmar; Så och Pfalßgrefinna wid Rein i Bejern/ till Gulich/ Clewe och Bergen Hertiginna; Boren Furstinna till Sleßwijk/ Holsten/ Stormaren och Ditmarschen/ Grefwinna till Oldenborg och Delmenhorst

Min aldranådigaste Drotning.

Thē

Högwelborne Herrar

Hans Kongl. M.tt sampt Sweriges Rijkes Förmyndare och Regering:

Her PER BRAHE,

Grefwe til Wisingzborg/ Frijherre till Cajana/ Herre till Ridboholm/ Lindholm/ Brahelina och Bogesund: Hans Kongl. M.tt sampt Sweriges Rijkes Högtbetrodde Man/ Råd och Rijkz-Drotzet/ så och Lagman öfwer Wesmanland/ Bergzlagen och Dalerne.

Her CARL GUSTAF WRANGEL,

Grefwe till Salmis/ Frijherre till Lindeberg och Ludenhof/ Herre till Skogkloster/ Bremer Verde/ Wrangelßborg/ Spiker/ Ekebyhof och Gripenberg: Hans Kongl. M.tt sampt Sweriges Rijkes Högtbetrodde Man/ Råd/ Rijkz-Marsk/ General Feltherre och General Gouverneur i Pommeren/ så och Lagman öfwer Vpland/ och Cancellarius af Academien i Gripß-wald.

Her GUSTAF OTTO STENBOCK

Grefwe till Bogesund/ Frijherre till Cronebäck och Öresteen/ Herre till Torpa/ Heslebyholm/ Wäpnö/ Wegeholm/ Reglo/ Spanderup/ Mönsterup/ Merup och Lena: Hans Kongl. M.tt sampt Sweriges Rijkes Högtbetrodde Man/ Råd och Rijks Ammiral, så och Lagman öfwer Wester-Norlanden/ Lappmarken med Herredalen och Jämteland.

Her MAGNUS GABRIEL DE LA GARDIE,

Grefwe till Läckö och Arenßborg/ Frijherre till Ekholmen/ Herre till Hapsal/ Helmet/ Magnußhof/ Högentorp och Wenegarn: Hans Kongl. M.tt sampt Sweriges Rijkes Högtbetrodde Man/ Råd och Rijkz Canceller, sampt Lagman öfwer Westergötland och Dal/ så och Vpsala Academiæ Canceller.

Mine nädige Herrar och befodrare.

Vt wårt Fosterland hafwa Malmgrufwor/ så the dyrbarare som sembre/ altijd warit reknade för en serdeles Rijksens Odall; och för thenskull af Landzens Herrar och Konungar med synnerlig åthuga skötte och handhafde: att the ey annorlunda/ ånn till allmänne nytto och tarfwor häfdas måtte. Ty äre och af forne tijder tillbaka/ månge sådane upletade/ och med stor idn brukade/ in till theß sielwa ådrorna hafwa tyntz och förswunnit; och Odall grufworne thär med förfalne/ och öde blefne: och andre åther igen upfunne/ och komne i häfd. Sedermera hafwer man rönt/ att och the utödde ådror/ i longan tima/ taga sig igen/ och göra en ny malmfödzel/ som icke wanartas ifrån then förra: Hwaraf the åter å nyo äre upwerkade. En sådan gammal/ och af uhrminnes tijder ödelagd grufwa hafwa E. Kongl. Maj.tt K. Maj.tt och E. Grefl. Excellentier mig i händer satt/ til att försökia/ om thär och nogre quarlefwor funnes/ som till Fäderneßlandzens heder och nytta utarbetas kunde. Ty hafwer iag och lagt min winn thär uppå; samma Grufwa utöst och rensat; alla wäggior stökat; alla wrår ransakat och genomletat. På botnen war ey annat änn slagg och sylta: i wäggiorne hitte iag små och skingrade ådror/ af åtskillig art och kyn. Thär af hafwer iag utbrutit så mycket iag hafwer orkat; windat thet upp; lagt i rost/ och haft i hyttan att smältas. Men thet wille ey rinna/ förr änn iag hafwer måst göra tillsättning af mitt eget. Fick iag altså ett litet förråd af wakra gösar/ them iag sedan i åsian omsmälte/ och drog under hammaren. Och fast än thet war itt härdt yrke/ förmåtte iag likwel/ för nogre åhr

sedan/

sedan / utpena så många plåtar / att thet hinte till en liten utwägning; af hwilken iag och tå till E. Kongl. Maj.tz K. Maj.tz / efter min underdånige skylldighet / giorde min afrad. Af thenne utwägning wore några plåtar komne utanlandz och i fremmande händer. J fiol gick iag genom marknaden i Stockholm: thär inropade mig en kånd wen uti en bod / hwarest fremmande warur finnes till salu. Jag köpslagar intet / sade iag / ey heller plägar iag gå och gapa på godzet. See thetta stycket sade han / som utan ifrån inkommit är. Jag kände strax igen / att thet war Norenbergs arbete / och af en god Konstmåstares hand. Thär uti wore infattade några plåtar / som hade mitt nampn och hammarmärke på sig / af hwilka / så oskurade som the wore / måstaren allenast hade af filat ränderna / att the skulle bära åth och foga sig i hanz werk. Seestu / sade han / huru stor mon the fremmande göra af thitt hammarsmide? Jag tror intet / sade iag / han hafwer thet wel profwat / ty wärderar han thet bettre ånn thet är? Thet behagade mig likwel intet illa / att mitt smide på fremmande orter höltz wara dugligit. Jagh hafwer och sedan som förr giordt mitt thär till / så mycket iag hafwer rådt med: kommer och här med fram för E. Kongl. M.tz K. M.tz och E. Grefl. Excell.r med thet iag utarbetat hafwer. Och såsom thet icke af enahanda ådror är utbrutit / doch i smältan giordt till en klimp / och sedan uthambrat / menar iag thet skulle kunna swara emot bronz: Doch will iag intet skryta thär af; utan sädant som thet är / för E. Kongl. M.tz K. M.tz och E. Grefl. Excell.r, underdänigen / och ödmiukeligen frambär / att thet efter sitt rätta prof må stemplas / på det ingen sedan må thet för swijk eller flärd lasta. Fins thet ey så gott / som monge hade wäntat / och iag sielf gärna önskat / råder

iag

iag intet thärföre: arbetet och skötzlan hafwer iag lagt thär till/ men yrket och ämnet hafwer sin egen lag. Hade iag thet bettre fått/ skulle smidet blifwit thär efter. Men thet yppersta och bästa är förkommit/ och slagget äther lemnat. Hwar aff görligen kan märkias/ huru nödigt thet är föresee och förwara/ att the dyrbare grufwor/ af eens och annars giri/ icke så utödas/ att intet lemnas efterkommandom. Min underdånigeste och ödmiukeste till-lijt är then/ att E. Kongl. Maj.tt K. Maj.tt och E. Grefl. Excellentier mitt ringa smide icke förkasten/ ther före att ämnet är fattigt/ och handeslögden slätt. Vpsåthet och åhugan hafwer likwel thärhoos warit/ efter min förmåga/ att efterkomma och fullgöra E. Kongl. M.ters K. M.ters och E. Grefl. Excell.rs befalning/ ehurudant tå wärket hafwer kunnat blifwa.

E. Kongl. M.ters

E. Kongl. M.ters

Och

E. Grefl. Excell.rs

Vpsala den 20 Maij 1672.

Vnderdånigeste undersåte
Och
Ödmiukeste Tiänare.

OLAUS VERELIUS.

HERVA-

HERVARAR SAGA.

CAP. I.

SVo finst ritad i fornũ bokum, ad Iotnaheimar voru kallader nordan um Gandvijk, enn fyri sunnan Lundz land: enn adr Tirkiar oc Asiæ meñ komu à Nordur-laund, bigdu Nordur-halfurnar Risar, oc sumt half-Risar. Giordist þa mikid sambland þiodanna: Risar feingu siei kuenna ur Mannaheimum; en sumer giptu þangat dætur sinar. Gudmundr hiet Hofdingi i Iotnaheimum; bær hans het à Grund; eñ hieraded Glæsisveller: han var rikur madur oc vitur, oc vard suo gamall, oc aller hans menn, ad þeir lifdu marga mans alldra: þvi trudu heidner menn ad i hans rike munde Odains akur, (sa stadur, er af huorium manni, er þar kiemr, huerfr sott oc elli: oc mà eingin deya.) Gudmundr Kongr atte son þan er Haufudr hiet: han var bæde forspar oc spakr oc vakur ad viti: han var settr domandi iser oll þau laund, er honom lau i namd: han dæmdi alldrey rangan dom: eingin þordi eda þurfti hans dom ad riufa. Madr hiet Arngrimur, han var Risi oc bergbui: han nam ur Mannaheimum Amu Imufs dotter, oc gieck ad eiga hana. Son þeirra hiet Hergrimur, er kalladr var halftroll: han var stundum med berg-Risum, en stun-

VTi the gambla böker fins så skrifwit/ att Jätahem kallades thet som låg norr en Gandvijk/och söder om Lundzland: och förr ån the Turkar och Asianer komme hiit i Norländen/ bygde och besute theße nordiske landskapen Resar/och somt half-Resar. Blandades tå allahanda folk tillsamman: Resarna togo sig hustrur ur Manhem (Swerige) somme gifte och tijt sina döttrar. Gudmund het en höfdinge i Jätahem; hans by kallades Grund/ och håradet Glåsißwall han war en rijk och wijs man/ och wart så gammal/ och alle hans måan/ att the lefde många mans åldrar. Och ty trodde the i hedendomen/ att i hans rijke war the odödeligas boning/ nemligen itt sådant rum/ att af hwar och en som tijt komme/ förswan siukdom och ålderdom/ och måtte ingen thår döö. Konung Gudmund åtte en son som het Höfuder: han kunde säija förut the ting som ske skulle/ och war myket wijs och snällsinter. Han war satt till domare öfwer the nåromliggiande land: och dömde han allerig wrångan dom: ingen torde och eller torfte att rijfwa och bryta hans dom. Arngrimer het en Rese och bergboe; han tog utur Swerige Ama Imofs dotter/ sig till hustru. Theras son het

dum med monnum, han hafdi afl sem jotun, oc var all-fiolKunnugur, oc berserkr mikill. han nam ur Iotnaheimum Ogn Alfaspreinge, oc gieck ad eiga hana. Þau attu Þan son er Grimr hiet. Starkadr Aludreingur biò Þa vid Alupotta; han var komin af Þussum, oc han var Þeim likr ad afli: Han hafdi atta hendur. Storvirkur hiet fadr hans. Ogn Alfaspreingi var festar-mær Starkadar; enn Hergrymr tok hana fra honom, Þa Starkadr var farin nordur ifer Elivoga: enn er han kom apter, skoradi han a Hergrym til holmgaungu, oc til konunar. Þeir bordust vid Þan efra foss ad eide. Starkadr vò med fiorum sverdum senn, oc fieck sigur: Þar fiell Hergrymur. Ogn sa à holmgaungu Þeirra: enn er Hergrymr var fallin, lagdi Ogn sig med suerde i giegnum, oc villde ey giptast Starkade. Starkadr tok upp alt Þad fie er Hergrymr hafdi att, oc hafdi med sier, oc so Grym son hans. Ox han upp med Starkade, oc var bædi mikill oc sterkur, er honom ox alldur. Alfur hiet Kongur, er riedi fyrir Alfheimum, (Alfheimar hietu Þà millum Gautelfar oc Raumelfar) Alfhildur hiet dotter hans. Eitt haust var giort Disablot hia Alvi Kongi, oc gieck Alfhilldr ad blotinu: Hun var huorri konu fegri; enn alt folk i Alfheimum var ofridara ad sia, enn annat folk Þvi samtijda. Enn um nottina er han raud haurgin,

Hergrimer / som kallades halftroll: han war stundum hos berg = Resarna / och stundum i Swerige: han war starker som en Jätte / och thär till med en arg trollkarl och slagz-kempe. Han tog utur Jättahem Ogn Alfafoster sig till hustru. The åtte en son som het Grimer; Starkoter Aludreng bodde thå wid Alupotta; han var kommen aff Thußarna / och war them lijker till kraft och styrkia, han hade åtta hender: och het hans fader Storwerker. Ogn Alfafoster war Starkoters fåstemö; men Hergrimer tog henne bort från honom / när Starkoter war farin norr öfwer Eliwoga. män när han kom tillbaka igen / mante han ut Hergrim at slås med sig om hwilkenthera skulle behålla hustrun. The sloges wid Trollhättan. Starkother högg med fyra swerd tillijka / och fick seger: och thär föll Hergrimer. Ogn såg på theras enwigs kamp: och när Hergrim war fallen / rände hon sig igenom med itt swerd / och wille intet gifwas Starkoter i wåld. Starkother tog alt thet Hergrimer hade ått / bårt med sig / och så hans son Grim: hwilken wäxte vpp hoos Starkother / och blef både stor och stark / när åldren tillwäxte. Alfwer het en Konung / som rådde öfwer Alfhem; (så kallades tå thet landet som ligger emellan Götaelf / och Romelf) hans dotter het Alfhillder. En höst giordes itt stort blod-offer hos Kong Alf / till Gudinnan Frigga / och gick Alfhillder till offers: hon war fagrare enn nogon annan quinsperson / och alt folk i Alfhem war grofware till anseende / änn annat folk på then tijden. Om natten / när

med

nam Starkadr Aludrengur Alfhildi i burt, oc hafdi hana heim med ſier. Alfur Kongr hiet þà à þor, ad leita epter Alfhilldi: Oc ſijdan drap þor Starkad, oc liet Alfhillde fara heim til faudur ſins: oc med henne Grim, ſon Hergrims. Oc þa er Grimur var tolf vetra, for han i hernad, oc var hin meſti hermadur: Han fieck Bauggerdar dotter Alfhildar oc Starkadar Aludreingz. Grimr fieck ſier buſtad i ey þeirri er Bolmur heitir, oc vard ſijdan kalladr Ey-Grimur-Bolmur. Son þeirra var Andgrimur berſerkur, er ſiidan biò i bolmi, oc var hin agiætaſti hermadr.

Alfhillder beſtrök Afgudabeletet med offerblödet/ tog Starkoter Aludreng bort henne/och hade henne hem med ſig. Kong Alf åkallade tå guden Thor/ att ſökia vpp henne. Therföre drap Thor Stakoter ſedan/ och lät Alfhild fara hem till ſin fader igen/ ſampt Grim Hergrims ſon/med heñe. När Grimmer war tolf ahra gamal/ for han i hernad och wart en förnemlig krigßman Han tog ſig till hustru Böggerd/ Alfhilds och Starkoters Aludrengs dotter: och ſatte ſig till att bo i Småland/ på then öen ſom heter Bolm/ och kallades ſedan thär af Grimer på Bolmßöö. Theras ſon war Andgrimer kempe/ ſom ſedan bodde på Bolmßöö/ och war en widtberömd krigzman.

OLAI VERELI

NOTÆ

IN

HERVARAR SOGU

De inſcriptione operis hujus idem monendum, quod ad Gautreks Saugu notavi: ipſius nempe auctoris nomen oblivionis tenebris obſeptum interiiſſe: ipſos autem quorum res, ad poſteritatem hic proditæ ſunt, hiſtoriæ nomen commodare. Simplici ſcilicet & non ambitioſo priſcorum temporum inſtituto: ut virtutes & facta memorabilia poſteris ad imitationem non deeſſent; dedecora autem, promeritâ notarentur infamiâ: & memoratis fides à publicâ potius auctoritate quam ab tradentis nomine conſtaret. Quod in ſacris etiam ſcriptis hiſtoricis non paucis obſervare eſt; quibus nemo auctoritatem derogat, licet ſcriptorum nomina in incerto ſint. Si quis autem accuratam temporum notationem in hoc noſtro requiret, fatemur ultro, hâc ipſum luce deſtitui. Quod tamen facile condonabimus, memores, pleroſque, in antiquis illis tradendis, chronologiæ accuratioris minus fuiſſe ſolicitos.

CAP. I.

FOrnum bokum) *Res priſcas referentem ſuâ tantum auctoritate niti quis ferret? Qui enim fides ei adhiberetur in iis, quæ tempora ejus longiſſime anteceſſerunt. Aliunde proinde aſſertorum documenta arceſſenda: ab iis ſcilicet, qui tempora iſta propius attigerunt, vel ab aliis fide dignis ipſi habuerunt. Tria autem cumprimis ſunt, quibus fidem commentariis ſuis facere ſolent ſcriptores noſtri, in rebus*

antiquioribus percenſendis: Fraſagur, *ſive* forn frædi, *h. e. relationes jam inde ab antiquiſsima mortalium memoria, poſteris per manus traditæ*: Scalldorum carmina, *majoribus noſtris uſitatiſsima, quæ, Tacito auctore, antiquiſsimum annalium genus quondam fuere: ſuccedunt illis* forner bækur, *libri & manuſcripta vetuſta, prioribus longè certiora documenta. Ex iis enim, quæ relatione ſolâ nituntur, multa interiiſſe neceſſe eſt; multa etiam à poſterioribus, ad augendas res, jam pene ex memoriâ hominum abolitas, adficta, haud poteſt dubitari. Scalldorum vero carmina pleraque, Thiodolfi & Evindi exceptis, breviſsima tantum ſunt epigrammata, quæ illuſtre aliquod factum argutè, venuſte, & ſtrictim exprimunt, integras vero hiſtorias & ætates vix perſequuntur. Scalldi præterea, poſteriores præcipue, quò ingenioſiores haberentur, obſcuritatibus carmina ſua ſtudio involverunt, ut â vulgo, artis ſcalldicæ imperito, ſine expoſitione, quæ* urſkyring *dicebatur, non intelligerentur. antiquiorum autem ſimpliciora fuere, ita ut inter iſta & ſolutam orationem parum intereſſet, exceptâ verborum ſtructurâ, pro literis harmonicis(* ſamſtafar *) rectè collocandis. Poſteriores vero Scalldi, rythmum magis adſtrinxerunt, verborumque trajectionibus longioribus, & peculiari charactere inſigniverunt. Quod artificium ut in magno pretio fuit, ita carminibus, vulgo jam minus intellectis, interitum acceleravit. Non enim marmoribus, ſed memoriæ diſcentium inſcribebantur. Ita pleraque elegantiſsimorum ingeniorum monumenta interciderunt, præter pauca, quæ hiſtoriis ſuis inſeruerunt, qui poſtero tempore res geſtas regum conſignarunt. Auctor vero hujus noſtræ hiſtoriæ, ut in limine mox adparet, a libris veteribus materiam & probationis fidem petiit. Sunt vero etiam in hâc hiſtoriâ carmina quædam, ſed ſimpliciora, non ab ingenioſiſsimis illis Scalldis condita, ſed ab ipſis, quorum hic res deſcribuntur, ex tempore, poetico calore fuſa, quæ tamen ſuas illecebras & veneres habent, ut ſuo loco videbimus.*

Iotnaheim) *h. e. terra gigantum, quam primus incoluit Nori Jotun, ut ait Edda.* Nori Iotun bygdi fyrſt Iotunheima. *porro totum ad Gandvik tractum gigantibus quondam inſeſſum, præter hunc noſtrum, aſſerit Edda, haud pauca creditu ardua, de Thori expeditione in Jotunheimar, & certamine cum gigantibus memorans. vide infra in voce Riſar.*

Gandvik) *Mare album, ſinus congelatus; rationem nominis dedimus in notis ad Gautreks ſaga. pag. 11. dicitur aliis ſinus Granvicus; ſed rectius Cronvicus, ut Plinio lib. 4. cap. 16. mare cronium, verum alia nominis deductione: cui itidem eſt Morimaruſa. Ultimum porro Norvegiæ terminum conſtituit Snorro, in laudibus Haquini Regis:*

Lætur[6] ſa[2] er[3] Hakon[4] heitir[5]
Han[14] rækir[15] lid[16], bannat[7]
Iord[13] kan[11] frelſa[12] firdum[20]
Fridrofs[8] Kongur[1] offa[9]:
Sialfur[22] rædr[18] alt[23] oc[17] Elfar[25]
Eirn[19] ſtillir[21] à-milli[24]
Gramur[29] ofgift[30] ad[26] fremri[31]
Gandviks[27] iofur[10] landi[28]. *h.e.*

Rex Haquinus dictus, pacis violationem prohibet: ille patriam liberat ac defendit: ille populum ſervat, & ſolus viris imperat: ille omnia adminiſtrat inter Gotelbam &

& Gadnvici oram; rex ditione sua major. *Monuit me Nobiliss. Dn Stiernhielm, S. R. M.tis Consiliarius Militaris, Carambucin Plinij lib. 6. cap. 13. vel, ut ad nostrum idioma propius scribit Stephanus, Carambycam, nihil aliud esse quam gandvicum vel granvicum sinum: quamvis pro fluvio illi accipiant, ubi lassata cum siderum vi Riphæorum montium deficiant juga.*

Lunds land) *Quid hoc nominis sit non capio; puto mendum esse, & legendum Huna land, h. e. Hunnorum terra. Ita sæpius vocatur Russia in Vilkina saga. Hanc nostri etiam diu vocarunt Hunegard, quod non parvo tempore ibi consederint Hunni, hinc expulsi, & forsan antea etiam. Saxo Gram: in vita Frothonis Tertii, Ruthenos & Hunnos pro iisdem accipit. Helmoldo, citante Stephanio not. pag. 191. Russia est Chunigard, & Saxoni Grammat. lib. 5. Conogardia:* Præfecit Olimarum Holingardiæ (*corrig. Holmgardiæ*) Onevum Conogardiæ, &c. *Mihi tamen rectius videtur Conogardiam accipi pro ea provincia, quam Adamus Bremensis vocat terram fœminarum & terram Amazonum, quæ prisca nostra lingva* Kuenland *vocata, in confinio Russiæ & Lapponiæ. Hoc vocabulum Messenius putat iam detortum esse in Kaian land: Meminit etiam Gautreks Saga cap. 4. Kiænugard. Ratione situs vocitata est Russia austurgard & austurveg. Helmoldus. Snorro, Olaf Tr. saga. Hervarar saga. Quam vis & cæteris regionibus confinibus id nomen competat.*

Adr Tyrkiar oc Asiæ men:) *Insignis hic est locus, & notari inprimis meretur. Videbatur autem mihi antea mendo non carere. Ideoque in notis ad Gautreks saga, pag. 10. pro Tirkiar, Girkiar reposui: inductus auctoritate legum nostrarum Visi Gothicarum, tit. de hereditatibus; & tot insuper inscriptionibus lapidum Runicorum, quæ nostrorum in Græciam profectiones, & commercia cum illis gentibus quondam exercita memorant. Sed iam video me non satis recte locum hunc solicitavisse, qui ejus solumodo immigrationis meminit, quæ Odini ductu & auspiciis, non longe ante Christum natum contigit; disertimque ait Odinum, cum profectionis socijs ex Turcis populis fuisse; quorum in Asia, circa Mœotim paludem meminit Plin lib. 6. cap. 7. & ante ipsum Pomponius Mela lib. 1. cap. 21. An ab his populis ij etiam descenderint, qui imperium Musulmanorum condiderunt, alii dispiciant. Leunclavius lib. 2. hist. Musulmanæ Turcorum, Græcos secutus auctores, Leonem Imperatorem, Simeonem magistrum officiorum, Zonaram, Eustathium, Simocatum, Cedrinum, ab Hunnis eos deducit, qui & ipsi inter Scythas Asiaticos Plinio recensentur lib. 6. cap. 17. Turcarum regem Odinum fuisse, his verbis adserit Lang-fedgatal:* Odin var Tyrkia Kongur; han flyde fyrer Romverjum nordur hingad. *h. e.* Turcarum Rex fuit Odinus, qui Romanos metuens, huc in septentrionem concessit. *Ex Turcia etiam ipsum educit Eddæ prologus, ab Consultiss: Dn. Resenio editæ. Cui prologo plura tribuerem, nisi maxima sui parte nuperum esset commentum, ex Mythologia græca & latina consarcinatum; nec pauca sibi invicem contraria continens: Quod ex genuina Snorronis præfatione satis liquet. Ipsi interim pudendam imperitiam objicit Nobiliss: Dn. Stiernhielmus; quæ interpolatori ipsius rectius objicienda fuit. Dn. Stiernhielmii ad me verba hæc sunt:* At Othinus quis, & cujas? Respondet pro me Snorro & Edda, Principem fuisse metropolis Asiæ *Aasgard* dictæ, ad fluvium Tanaim sitæ, & sic Vanis ad

eund.

eundem fluvium colentibus contermínæ, vel ſaltem non longè ab illis diſſitæ. Unde, ut fieri ſolet, inter vicinos diſſidia, incurſiones mutuæ, & cauſæ belli. Putaſſem per *Aaſgard* intelligi Aſoph, ignobile oppidulum ad Tanaim ſitum, receptaculum latronum Tartarorum h. e. Scytharum Tanaitarum, niſi ex Edda didiciſſem *Aaſgard Trojam* eſſe, Priami olim Regiam in Phrygia, quam ille *Turciam* vocat, pudendâ imperitiâ, cum *Teucri* & *Teucria* alicubi, forte in Trojomanna-ſagu ſcriptum reperiſſet; putavit eoſdem eſſe Teucros & Turcas, Teucriam & Turciam, quod diſſertis verbis nobis inculcare nititur Edda, vel auctor Eddæ, quiſquis ille fuerit, ſive dictus Snorre, ſive eo antiquior Sæmundus quidam. Sed quomodo hæ cohæreant nuptiæ non video. Troja ad Tanaim? Tanais alluit mœnia Trojæ? Phrygia, Scythia, imo ipſa Turcia? Vis majora Canam? Priamus Odini nomen aſſumit, & pro Odino ſe gerit. Ergo antiquior erat Odinus Priamo. At idem Odinus ex Aſia in ſeptentrionem fugit, tempore Pompeij Aſiam bello infeſtantis. ſed ubi tunc Troja? Ubi Priamus? poſt, ex neſcio cujus Memnonis generi Priami filio Tror, ſeu Thor, à matre Troa ſic nuncupato, parricida nutricij ſui, cujus regnum Thraciam occupauit, ejuſdemque filio Loride (cujus uxorem facit Sif quandam in terris Borealibus natam, magam fatidicam) longa nepotum ſerie, poſt multas hominum ætates, tandem educit magnum jllum Heroem & Deum Odinum, natum, neſcio num in Thracia, an in terris Borealibus, patria magnæ matris Sif. Quod credere ſuadent nomina abavi, Avi & patris, *Gudolf, Finn, Fridlef.* &c. horreſco, & ſtupeo monſtra omni monſtro monſtroſiora! & libet cum Ovjdio dicere:

Prodigioſa loquor veterum mendacia vatum:
Non tulit hæc unquam, nec feret ulla dies.

Sed quo delabor, quò me non abripit indignatio? Notas ſcribere inſtitui? in Commentaria, imò nugarum inextricabilem incido Labyrinthum. Ecce tamen, Ut me evolvam, concludo: duos fuiſſe Odinos, priſcum, Aſiaticum, Deum Phrygium Attin, (eundemq; Apollinem Hyperboreum) Syrium Adonim, cujus Amaſia *Rhea, Dea Phryggia*, nobis *Frea, & Frigga:* alterum, Heroëm, & ejuſdem Othini Phrygij, longe ante ipſius adventum, Svethis, Saxonibus, Gallis, & Britannis ſuperſtitioſè culti ſacerdotem, qui poſt mortem in Numinis ſui nomen, & honores ſucceſſit: quod non rarum fuiſſe Ethnicis, teſtantur tot Ioves, Veneres, Apollines, de quo fuſe Cic. de Nat. Deorum. Hunc olim Vanorum hoſtem, deinceps amicum, & ſocium, cum ſuis, crediderim ejuſdem fuiſſe gentis, Suevum ex Hermunduris, aut Ligiis, qui Vanos regno pepulerunt: vel quod vero magis conſentaneum viderur, olim hoſtes, ſed poſt reconciliatos, & ſocios belli, ſive Dacos, ſive Getas propinquos, eandem aleam belli expertos, una cum Vanis, ſedibus patriis expulſos, in Germaniam, indeque porro in oras

has

has ſeptentrionales commigrare coactos. *Plures fuiſſe Odinos, nos etiam obſervavimus ad Gautreks ſagu. pag. 40. etc. Quo tempore Scandiam intraverit Odinus, inferius erit diſſerendi locus: Eo autem facilius hic ſedes firmavit, quod indigenarum invitatu acceſſerit. Edda.* Þadan for odin i Sviþiod: Þar var ſa Kongur er Gylfi het: oc er han fretti til Aſia manna, er Æſir voru kalladir, for han imoti Þeim, oc bauþ Þeim i ſitt riki: enn ſa timi fylgdi ferd Þeirra. *h. e.* Inde in Sveoniam venit Odinus; rerum ibi potiebatur Gylfo; cui cum de Aſianis innotuiſſet, qui Aſæ vocabantur, obviam illis profectus eſt, & in regnum ſuum invitavit. E veſtigio autem ſequuta eſt profectio illorum. *Auctor eſt Snorro, Gylvonem variis artium experimentis cum Odino certaviſſe; quod quidem de magicis illuſionibus intelligere videtur Snorro: rectius tamen de moralibus* Havamal *accipitur: ut bene obſervavit, qui iſta latine reddidit. Sola enim ſapientiæ ejus famâ motus, in regnum ſuum eum invitavit rex Gylfo. Sed primuſne, inquis, Odinus ſeptentrionem, cultoribus vacuum, coloniis inſedit? Negat id auctor noſter; negat id Edda; & ante ipſius adventum Scandiam ſuos habitatores, rempublicam & regem habuiſſe, diſſertis verbis adfirmant. Unde facile conſtat, ſeptentrionem ſatis tum excultum fuiſſe: ſed qui illi fuerint, qui primi huc migrarunt, & quo tempore hic primum conſederint, haud facile expediri poteſt. Nam quæ de Magogo gentis conditore, nonnulliſque ſucceſſoribus, aliis memorantur, refelli facilius quam adſtrui poſſunt. Neque enim credibile, primis â diluvio annis, hæc loca, ab illis, ubi reparari genus humanum cœpit, longe diſſita, inhabitata ſtatim fuiſſe. Juxta & eorum diſplicet ſententia, qui ceteris orbis partibus amœnioribus occupatis, deficienteque incolis ſolo, horridiorem hanc plagam demum inſeſſam arbitrantur. Credo ſatis horridam inculti ſoli faciem ubique fuiſſe, licet unus præ alio locus culturæ aptior; & cœlum alibi mitius, alibi aſperius: ut propterea ſoli amœnioris invitamentum unica haberi cauſa nequeat, cur hic locus præ alio prius occupatus fuiſſe dicatur. Non ſatis valida proinde C. Taciti eſt ratio, Germanos ideo indigenas exiſtimantis, quod ex amœnioribus in hæc aſpera & horrida perveniſſe nequiviſſent.* Quis porro, *ait*, præter pericula horridi & ignoti maris, Aſiâ, aut Africà, aut Italia relictâ, Germaniam peteret, informem terris, aſperam cœlo, triſtem cultu aſſpectuque, niſi ſi patria ſit? *Omnibuſne putas populis contigiſſe, terras incolendas pro lubitu eligere? ac non ſæpius potentiorum injuriæ hanc eligendi libertatem eripuerint? Quam mihi jam plagam memorabis, quæ aut coloniis, aut populorum, mutuis injuriis ſeſe propellentium, inundationibus occupata non ſit: Vero id conſentaneum eſt, terras loco illi, vicinas ubi Noachus poſt diluvium conſedit, primum excultas. Sed ſoboleſcentibus admodum per polygamiam poſteris ejus, colonias ducere continuas neceſſe fuit. Creſcentibus autem cum hominibus injurijs, ſedes ſubinde mutare cogebantur. Inde fiebat, ut aſperiora etiam & horridiora loca ſuos colonos acciperent, primis iſtis ſeculis. Domicilia*

micilia enim figebant, non semper ubi deliciæ invitabant, sed ubi commodius præsidium adversus inimicorum invasiones occurrebat. Nec gravatè admodum sedes tum mutabant: cum nec urbium ac ædificiorum splendidorum, nec agrorum longo labore excultorum desiderio retinerentur. Parabili enim victu contenti, nec adsveti luxui ac voluptatibus, tum ab habendi cupiditate alieni, tantum acquirebant quantum vitæ sustentandæ sufficeret, de ceteris haud soliciti. Ideoque nec agris operosè insudabant; sed pecuaria, piscationibus ac venatu vitam plerumque traducebant: cui si necessaria deessent, vicinis, per vim, extorquebant. Hæc instituta & mores in Tartaris, hodieque observare licet: quibus ceteras olim gentes similes fuisse, a vero non abhorret. Tales certe mores Americanorum fuere, cum Lusitanis & ceteris invasoribus primum innotuerunt. Juvat legisse quæ de illis apud Stadium, BenZonem, Lerium, Latium aliosque memorantur. Quæ de migrationum causis monui, primis Scandiæ incolis convenire nemo negaverit. Neque enim hanc in divisione orbis, inter Noachi posteros, sortito sibi attributam, fatove destinatam, aut præ aliis, amœnitatis intuitu electam occupaverunt: sed, ut fuere Nomadum instabiles mansiones, & migrationes fere continuæ, vel propter pastionis commoditatem, vel quia aliorum injuriis repellendis pares non erant, in septentrionem ultimum delati, hic tandem in Scandia substiterunt: ubi & vitæ necessaria suppetebant, & ad hostes ingressu prohibendos locus ipse plurimum conferre potuit. Æque ac qui in Alpium claustris sedes fixere SvitZeri, qui majorum suorum natales è Scandiá constanter repetunt. Hic autem in Scandia degebant quietè, absque aliarum gentium permixtione: cum interim qui in patente Scythia remansere, nusquam certis & securis sedibus fruerentur, ob memoratam superius rationem. Diffitendum tamen non est, Hunnos huc aliquando irrupisse: sed fuere mox ejecti, ut alio loco postea dicetur. At Scandianine Scythæ, inquies, quorum mirum quantum differunt mores? quî scis, an primis illis temporibus tanta morum exstiterit diversitas? & ut fuerit aliqualis, ipsa temporum longinquitate magis aucta est, cum certis constitutis sedibus, urbibusque conditis, & arctiori vinculo imperantium & parentium officiis adstrictis, vaga ista & inculta vita, civiliori consuetudine temperari cœpit. Scytharum nomen usquequaque transisse in Sarmatas atque Germanos *ait Plin. lib. 4. cap. 12. quorum in quantum ab invicem abiverint mores, nemo non videt. Quando autem primum Scandiam intraverint, definire perarduum est: conjicere tamen licet haud longe post Nini tempora hoc contigisse: cum successorem ejus Thurram arctoas plagas paterno imperio adiecisse memoret Chronicon Alexandrinum, citante G. Vossio, lib. 1. cap. 16. de Idololatria. Quod ita, dicto loco, interpretatur Vossius, ut vel colonos eo miserit; vel qui eo migrassent adegerit, ut se dominum vel principem, agnoscerent. Neutra interpretatio historiæ disconvenit. Quæ itidem his additur expositio tertia, arctoas gentes, ut*

belli-

bellicosas in tutela esse ejus numinis quod præsidet bello, licet philologica tantum videri possit, eodem tamen recidit. Priscis enim nihil magis usitatum fuit, quam gentis conditores ac Heroas in Deos referre. Ita Scandianis hic Thurras pro Marte fuit, quem Tyr vocaverunt, ab eoque Martis diem Tyrsdag dixerunt, uti ex Edda probavi in notis ad Gautreks saugu pag. 39. *His tamen obstare hoc videtur, quod qui â diluvio servati sunt homines pauci, augeri in tantum paucis seculis nequiverint, ut remotas â primis sedibus terras quærere necesse haberent: præsertim si calculum sequamur Isaaci Vossij, qui ad rationem maximæ multiplicationis, quæ in Ægypto facta est, colligit, Noachidas tribus diluvium insequentibus seculis, non potuisse ultra numerum* 862488. *augeri: ipse interim cap.* 5. *dissertationis de ætate mundi ultro fatetur* jam diu ante Abrahamum, varia toto orbe regna fuisse fundata: & dynastias aliquot in Ægypto esse desiisse. *Quæ adsertione priorem sententiam everteret, tempus inter diluvium & Abrahamum non paucis seculis ampliavit. Si hoc eruditis persuadebit, nihil incommodi accedet nostræ sententiæ, in tanta temporis longinquitate: sin receptæ chronologiæ insistendum, haud irritam fuisse benedictionem Noacho filiisque ejus factam Gen. 9. v. 1. existimandum. Ad hanc etiam generis multiplicationem non parum contulit polygamia, temporibus illis familiaris: licet contra sentiat Vossius, & ad destructionem potius quam accrementum humani generis fecisse eam arbitretur. Nam si uni omnes vel plures nupsissent, haud suffecisse illis unius vires, & ceteris uxores defuissent? Concedimus vaga & effræni venere gigniendi vires exhauriri: sed pro legitimo matrimonio fuit polygamia; nec ullo libidinis æstu fœcunditatem vitiavit. Tam liberalis etiam natura in imbecilliori sexu producendo semper fuit, ut omnibus sufficeret; licet unus plures duxisset. Ad hujus etiam argumenti explanationem adprime facit historia Sinica Martinij in vita Jai.* Is Jaus omnes non modo Sinenses, sed orbis fere totius optimos quosque reges virtute pariter & gloria vel vicit uel æquavit. Pacis quidem toto imperio stabiliendæ perpetuum ei, primumque studium fuit. Nec â studio dissentiebat publica tranquillitas, æquitate illius ac pietate maxime constituta; Hinc cum mortale genus illis præsertim locis mirum quantum augeretur; vicinæ gentes, famâ tantæ virtutis excitæ atque sub tam laudato Principe victuræ, ad ejus ditionem, velut paternum sinum confluxerunt eâ frequentia, ut jam vix regnum Sinense iis capiendis sufficeret. Aquis enim terra magnam sui partem castigata succedentibus advenis angustior esse cœpit. Eas auctor Sinicus ait diluvio inuectas. Ego malim credere â Noetica inundatione superstites in extremæ hujus Asiæ planitie, locisq; depressioribus resedisse; aut peculiari eluvie Sinas inundatos. Nisi forte a diluvio Noëtico aquarum impetu rupti fluviorum alvei, aut aggesto sabulo repleti stagandi legem aquis imposuere, cujus impatientes, extraque litora sua effusæ omni ex parte Sinarum plana mergerent. Utcunque sit Imperator ad eas in mare derivandas, vel certe ripis & aggeribus coercendas Quenum cum ampla potestate præfecit. Is postquam novem ipsis annis nihil effecit vel quod parum esset harum rerum peri-

peritus, vel quod illi negotio impares vires suas duceret; Imperatoris jussu capite negligentiæ pænas dedit. Inde filium ejus Yuum operi præfecit; qui patris exemplo sapiens tredecim annorum spatio tantâ diligentiâ curavit negotium, uti tandem maximo incolarum bono ingens opus ad finem adduceret. Opus omnino stupendum, & cui, nescio an in toto terrarum orte par esse credam. Exstant etiamnum illius apud Sinas vestigia. Ingentia enim & navium capacia flumina per alveos pares derivata; montes integri perfossi; alibi lacus & paludes exsiccati; alibi egestis aggeribus aquæ in lacum coactæ, fluvij majores, in duos tresve amnes divisi, aut in mare deducti: unde ingens terrarum planities, longe lateque diffusa emicuit. *Sed quomodo hæc instituto nostro serviunt, inquies? imo vero maxime, quod hic yaus Noetica attigerit tempora; & jam tum, sub ejus imperio tanta in extremam Indiam pene traverit hominum multitudo, ut sedes ipsis non suffecerint; tamque stupendo operi perficiundo pares exstiterint. Nam ne pro fabula vel somnio hæc habeantur, probibet fides certior. Nam si sacram excipias,* Sinica historia vetustiorem & certiorem orbis non habet, *ait Martinius, cujus & sequentia sunt:* Sinicæ quidem Chronologiæ fides tanto est integrior, quod Sinæ sibi solis ac sua tantum scripserint, exterarum gentium aut ignari aut contemptores. Utcunque est, postquam nec externis placere, nec sese jactare studium fuit; mentiendi causas procul habuere. Idque tanto minus, quod a vetustate vel sangvinis vel temporis nulla sit apud hanc gentem nobilitas. Pauperrimo cuique per literas patet iter ad summa. Hinc nullæ circa Sinensium historiam inter ipsos controversiæ. &c. *item* in annorum supputatione mirabile Sinarũ semper studium emicuit. Hinc est illa continua temporum & fide optima deducta series, etiam antequam annorũ cyclo utebantur. *item* Annorũ supputandorum cura non ullam facile nationem Sinis in orbe reliquo parem invenias. Fuit enim & est etiamnum genti huic usitatum, ut doctissimis aliquot Philosophis Imperatoris defuncti res gestæ cõscribendæ a successore mendentur, fucis & adulatione omni remota. *item.* Et hãc gentẽ adhuc barbaram vocabimus, quæ jam tum adeo fuit exculta cum non dum Europæ nomen exstaret? *Monet interim Martinius, Sinensem Chronologiam, multo largius spatium inter diluvium illud, quod Noeticum appellamus, & vulgarem Christi Epocham constituere, quam Chronologorum Europæorum rationes ad mittant. Sinensium tamen sententiam usquequaque repudiandam non videri. Cum ei ex Europa Chronologi non omnino nulli faveant; Interpretes septuaginta faveant, Samosatenus, alij; nec Romanum Martyrologium aut computatio Græcorum longe dissentiant. Postea autem ait, sibi videri Sinensem historiam non pauca continere, quæ diluvium ante cesserant, quorum in arca Noe aliqualis reservata memoria, ad posteros propagata sit. Hoc certum est, si gentis illius res cum aliorum populorum gestis conferantur, qui virtutis, sapientiæ & literarum principatum sibi arrogarunt, pudorem illis merito incutere posse. Sed e diverticulo ad institutum revertamur, & breviter etiam argumentum illud attingamus,*

quod

quod ex veteri lingvâ nostra duci potest; in quâ cum haud pauca, græcæ lingvæ vestigia & proprietates conspiciantur, indicium non leve exhibent, primos Scandianos non è Scythia, sed Græcia venisse? Possem his reponere Francisci Iunij verba, in dedicatione Editionis Ulfilanæ; Francicam & Anglo Saxonicam ex vetere Gothicâ promanasse, ipsam vero Gothicam (ut quæ solâ dialecto differat a Græca vetere) ab eadem origine cum Græca profluxisse. *Item in præfatione Glossarii Gothici:* Licet vero plurimas originationes videat ad fontes Græcos, retulisse: non tamen hoc ita uelim accipi, quasi potissimam linguæ suæ partem patres nostri hauserint a Græcis; cum veritati magis videatur esse consentaneum, veterem Græcam, Scythicamque, nec non ipsam quoque Gothicam ex veteri Scythicâ provenientem, â communi aliqua origine promanasse; multique adeo viri longè doctissimi illam potius ex hac, quam hanc ex illa desumtam censeant. *Sed non his solis utendum armis arbitror; cum ex domesticis monumentis tam lapideis quam Legum, majorum nostrorum cum Græcis commercia constent, quorum interventu lingvam etiam misceri nemo sanus negaverit, licet ipsi populi diversæ sint originis. Non tamen hic disputo an Græci â Scythis prodierint, ut Scandiani. Finio hanc notam de gentis nostræ primordiis, Arngrimi Ionæ verbis.* Ut igitur ad rem veniamus, unicam gentium, nempe Asiaticarum immigrationem in orbem arctoum factam, nostræ antiquitates commemorant; sed eam tamen non primam, verum circa annum tandem XXIV. ante natum Christum: Romanis exercitibus, auspiciis Pompei Magni, in Asiæ parte Phrygia minore grassantibus: illa enim epochâ ad hanc rem nostri chronologi utuntur. Alias inquam, gentium infusiones monumenta nostræ antiquitatis non exprimunt. Interim tamen multos arctoi orbis populos & incolas, hac Asiaticorum infusione longè antiquiores suggerunt. Extant enim historica fragmenta, *&c. Et interjectis aliquot paginis:* In Norvegia veteri duas quasi gentes cernimus (ut reliquas taceam, de quibus incerti sumus) alteram sane Odino longe antiquiorem, alteram hoc duce eodem translatam.

Bigdu Nordurhalfurnar Risar) *Nordur halfo heimsins, Scandiam & quicquid ad ultimum aquilonem recedit, notare nemo ignorat. Solos autem hunc tractum quondam incoluisse gigantes creditu arduum est. Neque enim è terra hic potius quam alibi prognati; si vero aliunde advenerunt, aliorum injuriis huc pulsi dicentur. Atqui hoc truculentorum hominum ingenium esse solet, ut injurias inferant potius quam patiantur. Deinde, si integra eorum hic exstitit natio, quomodo postea ab aliis supervenientibus, robore illis multo inferioribus ejici potuerunt? Vero proinde similius est, gigantes hic quondam fuisse, at non ita magno numero, ut soli illi terram occupaverint, sed pauciores & seorsim in montibus degentes: fuere enim omnes* bergbuar, *id est, monticolæ, qui cum diu hic perdurassent, penitus tandem interierunt. Quando & unde huc accesserint, cum nihil certi adferre possim, quid aliis verisimile videatur contentus ero indicasse. Messenius Tom. I. Scondiæ illustratæ, â Iosua Palæstina ejectos, Scandiam intrasse existimat, incolis tum minus frequentem, ob recentem Gothorum egressionem. Arngrimus autem de*

primordiis gentis Islandicæ. cap. 4. arctoi orbis incolas meros gigantes fuisse contendit. Censeo primos arctoi orbis incolas è gigantum fuisse numero, imo meros gigantes, homines monticolas, immani interdumque monstroso corpore, monstrosisque viribus, eosque Cananæorum posteros & reliquias, ex agro Palæstino a Iosua & Calebo, divinis auspiciis in Palæstinam mouentibus expulsorum, circa annum mundi 2500: hancque orbis plagam ad ea usque tempora, & forsan diutius, prorsus inhabitatam mansisse. *Et eodem capite*: Aio primos arctoi orbis incolas fuisse gigantes, cujusmodi a rebus gestis arguuntur. *Hoc, sine dubio, Hervarar Saga, & ejusmodi aliæ ipsum docuerunt: citat tamen Saxonis præfationem de primis Daniæ incolis. Porro autem subjicit*: Sic de Norvegia & Svecia, & terris vicinis, ut quicquid antiquissimum, ita giganteam indolem & naturam maxime refert. Cujus rei exempla ex historiâ peti debent, hic tædiosa futura. Nam, ut antiqua omittam, illa nota sunt, recenti memoriâ gesta, de Doffrone gigante, montis Norvegiæ Doffrafiell incola, Haraldi pulchricomi Norvegiæ regis nutricio. De Dumbone item Doffronis Synchrono, â quo sinus Botnicus olim Dums-haf dictus est: qui naumachia solus cum 18. gigantibus confligens, prius ex his 12. orco tradidit, quam ipse occumberet. De triginta simul gigantibus a Dumbonis relictis filiis, incendio deletis, ad patris necem vindicandam. Recentius adhuc est de gigantibus aliquot Norvegiæ, auspiciis Olai Tryggonis Norvegiæ regis, deletis, circa annum Christi 995. Recentissimum vero, Anno 1338, Magno Erici filio Norvegiæ rege, gigantem quindecim cubitorum â quatvor viris occisum esse: ut in annalibus reperitur. Adde quod provincia quædam Norvegiæ seu Finmarchiæ contermina, Risaland, id est, gigantum terra (nam Rise & Rese gigantem significat) antiquitus dicta est, â qua non longe abest Iotunheimar, id est, gigantum habitatio. *Hæc Arngrimus dicto loco; quibus longe plura exempla ex vetustis nostris historiis adjicere possemus, sed tantundem fidei apud eos habitura, qui gigantes unquam fuisse pernegant; & quicquid de illis, in antiquorum scriptis, legitur, de hominibus feris, truculentis & inusitato robore præditis interpretantur. Quasi majoris prodigii loco numerandum foret, inusitatâ hunc corporis mole alium excedere, quam prodigiali robore præpollere. Neutrum certe supra naturæ conditionem est. Non objiciam illis hic de gigantibus consensum vetustatis; nec quæ amœnioris ingenii Principes Poëtæ commemorant, cum* Ætneos fratres, cœlo capita alta ferentes *describunt. illis enim* quidlibet audendi semper fuit æqua potestas. *At historicus Plinius est, & a fingendi licentia remotissimus: Is lib. 7. naturalis historiæ, cap. 16. non pauca proceritatis prodigialis uti & parvitatis exempla memorat. Lege item Solin. cap. 5. In sacris itidem literis. Gen. cap. 6. Deut. 2. & 3. 1. Sam. 17. 2. Sam. 21. 1. Paraleip. 10. gigantum non obscura mentio. quæ loca de vasta hominum statura intelligendo esse, cap. 13. Numerorum satis monstrat. Nam cum duodecim primarii viri â Mose missi fuissent ad explorandam terram Canaan, reversi inter alia retulere, populum Cananæum valde robustum esse. v. 28.*

quod

quod v. 32. per proceros homines interpretantur; & subjiciunt v. 33. Præterea ibi vidimus gigantes, filios Hanaki, qui ſuperant reliquos gigantes, ita ut videremur in oculis noſtris eſſe ut cicadæ, & ſic eſſemus in oculis eorum. *Quibus cum populum ad rebellionem contra Moſen concitaſſent, Ioſua & Caleb, qui unà iverant, populum ad obſequium erga Deum & Moſen reducturi, quæ relata ab ceteris erant, de gigantibus, falſitatis non arguerunt; populo tamen victoriam ſpoponderunt, quod Jehova eſſet cum ipſis, & ab Cananæis receſſiſſet umbraculum eorum. cap. 14. v. 9. Sed hæc vetuſtatis ſunt; at hoc & ſuperiori ſeculo, in novo orbe viſum gigantum genus nec dum interiiſſe credo. Non pigebit, quæ de Detectione freti Magellanici apud Hieron. Benzonem, verſionis latinæ, leguntur adſcribere.* Rex Carolus (v) faciles aures illis præbens, ex conſilio eorum, qui concilio rerum indicarum præerant, quinque naves, ſuis ſumptibus inſtruit, iiſque Magellanum præficit. Solvit hæc claſſis Hiſpali x. Auguſti, Anno MDXIX, & ſuperatis Canariis, provinciæque Braſiliæ maritimam oram prætervecta, ad XLIX gradum cum ſemiſſe, curſum tenuit, ultra æquatorem, verſus polum antarcticum. Deinde jactis iſthic anchoris toto bimeſtri hærens, neminem mortalium interea conſpexit, præter gigantem, qui ſe in litore obtulit, adeo magnum, ut Hiſpani vix ad cingulum ejus pertingerent. Alterum poſtea cepit, decem pedes altum, qui panis bis cocti corbem uno paſtu voraret, & dimidiatam aquæ ſitulam uno ſpiritu exhauriret. Magellanus eam provinciam Patagonum nomine appellavit: quia quos conſpexit iſthic gigantes, pedes ferarum pellibus involutos habuerunt, calceorum loco: ſic ut urſorum aut aliarum ferarum pedes potius referrent, quam humanos. *Circa idem fretum 79. anno poſtea, nempe Anno 1598 conſpecti ſunt gigantes, teſtimonio Belgarum, quod exſtat in Relatione hiſtoricâ ſive vera & genuina conſignatione illius navigationis, quam quinque naves, menſe Iunio Anno 1598, Amſtelredamo ſolventes, fretum Magellanicum in Moluccanas inſulas tranſmittendi inſtituto ſuſceperunt, per M.r Bernhardum Janſz deſcripta parte 9. Americæ.* Die 7. Maij vice Almirans (*ſic appellat Præfecti claſſici legatum*) Simon de Coordes cum ſua & Generalis ſcapha, verſus auſtrum in inſulam quandam ſinui viridi recta oppoſitam, gobiones captatum egreſſus eſt. Eo delati ſeptem Canoas (*ſcaphas americanas*) feris hominibus obſeſſas reperiunt, quorum, ut conjectura dabit, longitudo decem aut undecim pedum erat, corpore rubeo, capillis promiſſis ex capite obducto. Hi ſcaphis animadverſis, feſtinanter terram impellentes, conjectis & extortis confertim lapidibus, in Hollandos adeo fulminarunt, ut vice-Almirans inſulæ appropinquare non auderet. Videntes autem feri quod Vice-Almirans porro progredi dubitaret, repente univerſi in Canoas ſuas inſiliunt, & magno clamore ad ſcaphas invadendas ſeſe proferunt. Cum ergo propius appuliſſent, juſſit Capitaneus, ut in ipſos Muſquettas ſuas milites exonerarent. Quo facto, uno momento ilico quatvor vel quinque ceciderunt. Eo ſpectaculo

lo terrefacti, versus terram denuo festinantes, aliquousque profugerunt, & evulsis crassis arboribus, moles & valla congesserunt, unde in advenas lapides ejaculari, eorumque impetum sustinere possent. Sed immanes ac truculentos hos deserens Capitaneus, re infectâ, circa vesperam ad naves rediit. *Gigantes istos, canoas, evulsas arbores, pugnamque ære sic expressit Theodorus de Bry.* Quæ belle admodum cum illis conveniunt, quæ auctor noster 5. cap. commemorat. Eodem anno* 1598. *Olivarius â Nort, Roterodamo solvens totum orbem circumnavigavit, qui in trasitus sui per fretum Magellanicum commemoratione, de supradictis gigantibus, ad insulas pingvinarum, ita:* Quarta familia Tirimenen vocata Coin dictam incolit: sed hi gigantum more, vasto ac procero corpore sunt, pedes decem vel undecim æquante. Hi adversus familias ceteras frequentius bellatum egrediuntur, quas probri loco pingvinarum (anserum aquaticorum) voratores vocant. Ex quo liquet eos, nullo dubio, victu nobiliore uti. *H. Grotius dissert.* 1. *de origine Gentium Americanarum.* Multa memoria est in Peruvia gigantum, qui in illas partes venerint, quorum adhuc ossa deformis magnitudinis reperiantur juxta Mantam & porto vieyo; & secundum proportionem fuerint isti homines triplo proceriores quam hodierni Indi &c. *Joannis de Laet, Antverpiani annotatio in superiora Grotii verba.* Gigantes *in* hisce terris Americæ *fuisse satis probabile videtur: Idem enim narrant Tlascaltecæ in nova Hispania de* Chichimecis gigantibus. Acosta lib 7. cap. 3. Nemo inquit Miretur quod dicitur de istis gigantibus, quia etiam hodie inveniuntur ossa humana incredibilis magnitudinis. Quum Mexicæ agerem Anno 1586. inciderunt in ejusmodi gigantem sepultum in nostrorum prædio, quod dicitur Iesus del monte, & ostenderunt nobis molarem, qui superabat pugnum humanum, & eadem proportione ceteros, quem vidi, & miratus sum ejus deformem magnitudinem. Quin etiam hodie in variis partibus Americæ producuntur homines qui proceritate multum superant homines nostri orbis, &c. *Vide item H. Grotii dissert. secun: de Orig. gent. Amer. & in eandem annotationem Joan: de Laet. In ceteris Americæ partibus, obscurior exteris gigantum est memoria, quod pretiosarum mercium & nobilioris metalli exortes, adiri & explorari non meruerint. Colligendis hujusmodi finem impositurus eram, cum in libellum incidi Joannis Cassanionis Monostroliensis, de gigantibus, eorum prodigiosis viribus & reliquiis, adversus Goropium conscriptum, in quo, & ante & post diluvium, & ætate nobis propiori, gigantes fuisse probat. Testimonia quibus utitur, longum foret hic exscribere: Tantum ex cap. ejus 6. sequentia notare visum.* Sed, *inquit*, neque nostra hæc ætas suis gigantibus caruit. Habuit enim ager Burdegalensis, qui in Aquitania est, mirà corporis magnitudine hominem, quem eam ob causam Burdegalensem gigantem cognomina-

minarunt. Ibidem Franciscus hujus nominis primus, quum forte ageret, visam illius corporis molem admiratus, hominem a numero custodum suorum esse jussit. At iste cum obscuro ac rustico loco natus semper ruri habitasset, aulicam vitam fastidiens, paucos post dies, ex aula, tanquam ex vinculis evolavit. Hunc se tunc inibi vidisse, testis est vir quidam probus & fide dignus, tantam inquiens hominis altitudinem fuisse, ut inter ejus crura, quilibet recto corpore transire potuisset. Insolitæ etiam proceritatis homo visus est Lutetiæ, anno 1571. ad quem spectandum innumera plebis multitudo confluxit. Hic cum se in hospitio contineret, neminem ad conspiciendum se, nisi pretio, admittebat. intromissi assidentem in hemicyclo gigantem magno cum stupore contuebantur; magisque stupebant cum e sella surgentem ipsum cernerent. tum enim erectus, aulæ laquear vertice attingebat. Polonum aut Transsylvanum eum esse dictitabant. *Lege sis plura apud eundem. Notare hæc libuit, ne veterum suspecta & fabulosa haberi omnia debeant, quæ nobis insveta & non visa. Vide item quæ notat citatque Stephanius ad Saxon. Gram. pag. 27. Illud fidem omnem superat, quod ex Philostrato refert Pontanus hist. Danic. pag. 55. effossum cranium quod 72. amphoras contineret, seu 720 cantharos holmenses vel 12. amas, ut calculum ponit Nobiliss. Dn. Stiernhielm.*

Halfrisar) *Semigigantes; nempe quos matres minores gigantum satu conceperant, vel e giganteis mulieribus procreaverant viri communis staturæ. Vocantur isti* þussablendingar, *item auctori nostro 1. cap.* half-trol, *scilicet alterutro parente gigante nati: Fuere autem omnes gigantes* bergbuar *h. e. monticolæ.* Arngrimur var Risi oc bergbui, *ait auctor noster. i. e. Arngrimus fuit gigas & monticola. Item,* Hergrimur var med bergrisum. *Hergrimus fuit cum monticolis. Lege Starkatheri pugnas cum istiusmodi monticolis, apud Saxon. Grammat. lib. 6.*

Giordist þa mikit sambland þiodanna) *Conjugia mutua inter gigantes, & ceteros Scandiæ incolas inita hic innuuntur; quorum inter se mixtorum proles semigigantes, qui tertiam veluti naturam sortiti, neutrum parentem referebant. Alterius itidem populorum commixtionis, sed posteriori tempore factæ, meminit Edda: advenarum nempe Asiaticorum, cum indigenis Scandianis, tempore Odini.* Þær Æsirnir toko sær quensaung þar innan lanz, oc urþo þær ættir fiolmennar. *h. e. Isti Asæ uxores duxerunt his in terris, factæque hic propagines eorum copiosæ.*

Ur mannaheimum) *ut aliis nominibus non paucis, ita & nomine Mannaheim, quondam dicta fuit Scandia nostra, ut Snorro auctor est: respectu scilicet ad Iotnaheim, ut ex auctore nostro liqvet; vel ad Gudheim, ut Snorro prodidit. Ab indigenis autem hoc nomen impositum fuisse, in vocibus Sudermanland & Vesmanland priscæ istius nomenclaturæ memoria etiamnum residua arguit. Neque enim ita dictæ provinciæ illæ, quod præ aliis viri fuerint Sudermanni & Vesmanni:*

ni: sed, ut dixi, reliquiæ sunt, antiquissimi illius nominis Mannaheim: perinde ut Varnhem, Vartopta, Varnamo *memoriam servant Varinorum. In Vilkina saugu pag.76. vocantur borealia hæc regna Vilkina land, ab late dominante Vilkino.* Vilkin Konungur sitr nu i sinu riki, agætr af sigursælo oc hreisti: han eignadist med rikinu, oc hernadi þad land, er kallad var Vilkinaland; en þad heitir nu Sviþiod, oc Gautland, oc alt Sviavelldi, Skaney, Sialand, Iutland, vinland, oc oll þau riki, er þar til hallda: sva vida stod riki Vilkins Kongs, sem land er vid kent. Oc þad er hattur frasagnar i þessari Saugu, ad af heiti ens fyrsta haufdingia, tekr hans riki nafn, oc su þiod er han stiornar. sva er þetta riki kallat Vilkinaland, af nafni Vilkins Kongs; oc Vilkina menn su þiod er þar bygr: alt þar til er onnur þiod kemur til rikis ifir þetta land, oc skiptaz þa af nyo nofn. *h.e.* Vilkinus Rex in regno suo sedet, victoriis & fortitudine celebris, qui regiâ potestate & armis omnem ditionem Vilkinaland sibi subjecit, quæ jam vocatur Sueonia, Gothia, & quicquid Sveonibus paret; Scania, Selandia, Iutia, Vinlandia (Vandalorum terra) cum subjectis ditionibus, quæ quaqua patent, nomen ab eo traxere. Ea enim est deductionis ratio in hâc historia, ut â nomine primi Principis, ditio ejus dicatur, & populus quem regit. Ita regnum hoc vocatum est Vilkinaland, de nomine Vilkini regis: & Vilkina menn is populus qui hoc incolit; usque quo alia progenies rerum hic potiatur. Cum iterum mutantur nomina. *Eadem ratione Italia huic dicitur* Amlungaland *h.e. terra Amlungorum. Ex Amalis enim fuere reges Ostrogothorum in Italia. Iornad. cap.* 5. Divisi per familias populi, Vesegothæ familiæ Balthorum, Ostrogothæ præclaris Amalis serviebant. *Ab Amalo Amlungar h.e. posteri Amali, ut Inglingar ab Ingone Rege. Ab Alfo rege denominata est Alfhem, auctori nostro. cap.* 1. *Sed plerumque evenit, ut supra monuit Vilkina Saga, ut durent ista nomina, usque quo alii rerum potiantur. Plinius lib. 4. cap.* 12. *Scandiam nostram Scandinaviam vocat, uti & C. Iul. Solinus poly-histor. lib. 3. cap.* 20. *nomine satis proprio, au enim, quod jam ut Ō pronunciamus insulam significat: inde* Scandinau, *insula Scandiæ; & adjunctâ terminatione latinâ provenit Scandinavia. Veteres enim omnes eam insulam esse existimarunt, cum revera sit peninsula. Ejus vero ridicula derivatio, qui â scandendis navibus Scandinaviam fabricavit.* Incompertæ hanc magnitudinis esse *ait Plinius*, & portionem tantum ejus incolere Hellevionum gentẽ quinquaginta pagis, quæ alterum orbem terrarum eam appellat. *Helleviones Messenio Tom. 1. Scond. illustr. Ostrogothi & Smalandi sunt, qui vastam sylvam Holavid accolunt. Exteris per mare balthicum adnavigantibus hi primi occurrunt, â quibus insulæ nomen illis innotuit. Ceterum ambiguitate vocis gothicæ decepti, sine dubio, sunt exteri, Germani puto, & per eos Plinius. Vocant Gothi plagam vel regionem orbis,* halfo heimsins; *& septentrionalem plagam,* nordur halfo heimsins; *notat item* half *dimidiam partem: quæ significatio quia exteris notior, alterum terrarum orbem per nordur halfo heimsins intellexerunt, cum tantum septentrionalis plaga intelligenda esset. Idem Plin. lib. 4. cap. 16.*

Scan-

Scandiam etiam vocat: sed aliorum, ut puto, verba citans. Sunt & qui alias prodant, Scandiam, Dumnam, Bergos, maximamque omnium Nerigon, ex qua in Thulen navigetur. *Ex quibus satis adparet, parum exploratam harum regionum cognitionem habuisse Plinium, cum Bergos diversam insulam faciat ab Nerigon; cum non insula, sed civitas Norvegiæ sit: Neque illud rectius, quod ex Nerigon in Thulen navigari scribit; cum hæc illius continentis pars sit, dicaturque hodie Telemark, vel Thulemark. Dumna autem, utraque Bothnia est, sic dicta â gigante & rege Dumbone; a quo etiam sinui Bothnico nomen* Dumbshaf. *vide VatZhyrna & Arngrimum. Scandiam itidem vocat Cl. Ptolom. geograph. lib. 11. Martianus Heracleota, Rodericus Toletanus. Iornandes autem ubique ScanZiam, vel ut Manuscripti habent, quos legit Grotius, ScanZam scribit: Quomodo item Thomas Valsingamus, & Guilhelmus Gemmeticensis, de rebus Normannicis. Eadem autem nominis est origo, sive Scandinavia, Scandia, ScanZia aut ScanZa dicatur; nempe a Scanis populis & au insula: falliturque, sine dubio, Grotius in prolegom. ad Procopium, dum diversitatem nominis inter Scandinaviam & ScanZam esse existimat; hancque ab excisis rupibus, quas pro castellis habebant, & scantZen dixere, nominatam autumat. Veteribus quippe Gothis incognitum fuit vocabulum scanzen, & pro eo* virke *ac* griotvegg *usi sunt. A Xenophonte Lampsaceno, & Timæo Balthiam hanc dictam, auctor est Plin. lib. 4. cap. 13. & lib. 37. cap. 2. a cingente scilicet mari sic vocata; unde nobis hodieque cingulum belte dicitur. Nec longe hinc abit Helmoldus in Chronico Slavorum lib. 1.* Sinus hujus maris ab occidentali oceano orientem versus porrigitur, appellatus ideo balticus, quod in modum baltei, longo tractu per Scythicas regiones tendatur, usque in Græciam, idemque mare barbarum, seu pelagus Scythicum vocatur, â gentibus, quas alluit barbaris. *Mare pigrum & Svevicum Tacito est, forte quod æstu non concitetur, careatque fluxu & refluxu. Xenophontem Lampsacenum citat C. Jul. Solinus lib. 3. cap. 19. & insulam Abalciam nominat, sed vocabulo corrupto. Perinde etiam corruptum est ejus insulæ nomen Abalum apud Plin. lib. 37. cap. 2. Nam quod Pytheas Massiliensis eandem Basiliam nominavit Plin. lib. 4. cap. 13. uti & Diod. Sicul. lib. 5. error non scriptionis vitium est. Admodum autem frequens antiquis fuit maris denominatio a* belte *id est cingulo, quod undique stringat, circumdet ac liget terram continentem, insulasque. In Trideilum:* Laugur er landa belte *h. e.* mare terrarum cingulum. *Einarus Skulason Skald, celebriores Norvegiæ insulas rythmo skalldico inclusurus, multivarias maris appellationes a* Belte *i. e. cingulo ejusq; synonymis mutuatur: prout ipsum monstrat carmen, e lexico Runico Magni Olavij Islandi descriptum.*

1. Blar er Balldrekur Syrar:
Ber vindur Herdlar *linda.*
Vidgyrdil þytur Vardu:

C Veltur

Veltur Fenringar *belte.*
Yglist *umgiord* Huglar:
Olmur er bra*sile* Stolmar.
Fleyer Buknar *baugur*:
Brakar Lygru *men* nokvar.
2 Brattur er balldrekur þiottu:
Bryngyrdill þvær virdum.
Sundur brestur Lagu *linde*:
Lokn veltur um þrom *belte.*
Kyle skytur Karmtar *helse*:
Klysr stiorn*sila* þiornar.
Bord skiera Gizku *gyrde*
Grafa bord i *men* Stordar.
3. Stort fellur *gyrdill* Garta:
Gresur vindur þrumu *linda.*
þytur sval*fiotur* Seliu.
Svellur undrum *men* Hrundar.
Allt skielfur Brimlar *bellte*:
Brestur ern *sile* Hernar.
Æst fer *umgiord* Hristar:
Odur er *hringur* Berdlinga.
4. Bardhristr Giælu *gyrde*:
Gresur Naum*fiotur tauma.*
Geist fer *umgiord* Ostrar:
Opt er *men* klosid Seniu:
Brand þvær Bolgu *linde*
Bifast stinnur *sile* kinnar.
Hringur þytur Hvednu longum:
Hart velltur Glanar *bellte.*

In hoc carmine mare quater appellatur bellte, *i. e. balteus: quater etiam* Linda, *h.e. fascia: sexies* gyrdill, gyrde *&* vidgyrdell, *h. e Zona; ter itidem* umgiord *h. e. cingulum vel vagina: quater*, sile; *h. e. helcium.* baugur, *semel h. e. annulus:* men, *quater h. e. torques:* helse *itidem semel, h. e monile:* fiotur, *bis, compedes.* taum, *h. e. habena. &* hringur, *bis, h. e. annulus. Omnia inquam hæc vocabula mari imposuit Einarus, â cognatione quam habent cum* belte, *non quidem derivatione grammaticâ, sed ratione ejusdem effectus. Ambiunt enim & stringunt hæ res quicquid includunt, æq; ut mare insulas & continentem. Fallitur proinde quisquis existimat* belt *proprium esse nomen freti illius inter* Selandiam *& Fioniam, uti & alterius illius, inter Fioniam & Iutiam, cum commune sit nomen, vel potius metaphorica maris appellatio. Et quod aliter intellexerit Ortelius in thesauro geographico, decepit eum tabula Daniæ Cornelij Antoniadæ. Procopius Cæsareensis lib. 2. Gothic. hist. Scandiam Thule vocavit, singulari partis maritimæ Thelemarkiæ, vel Thulemarkiæ nomine, toti peninsulæ imposito. Hoc enim exteris adnavigantibus primum innotuerat; quod deinde per ipsos latius sparsum, Romanis tandem scriptoribus usurpari cœptum est. Adamo Bremensi Nordmannia sæpius dicitur; & in nostris historiis vetustis semper fere* Nordurlond, Nordurhalfo *heimsins, â situ scilicet terræ ad septentrionem. Ait idem Adamus Romanos scriptores hanc Hyperboreorum regionem indigitasse: quam sic etiam Abbas Urspergensis & Ziglerus appellant. De Hyperboreis autem legantur Diodorus Siculus lib. 2. cap. 47. Pomponius Mela lib. 3. cap. 5. Plin. lib. 4. cap. 12. C. Jul. Solinus Polyhist. cap. 21. Martianus Capella lib. 6. Videtur etiam ipse Adamus Bremensis, uti & Helmoldus in Chronico Slavorum Scandiam Scythiam appellare, uti eam etiam vocat Snorro & Ericus Upsalensis lib. 1. Messenius autem in vetustis libris ait se legisse Scythiod; ex quo Sviþiod fabricat: sed mutare nihil attinet, cum*

utrum-

utrumq; sit rectum. De vocabulo Svi-þiod *legantur notæ nostræ in Gautreks saga pag. 9. In Chronico MS.* af Iaphet ære komne Sithe oc Gethe. *An hic pro Sithe reponendū sit Scythæ, ambigo; cum respondere possit Sitonibus Cornelii Taciti: nisi & in Tacito pro Sitonibus legendum sit Scythonibus, h. e. Scythis: eâ scilicet flexione qua apud Romanos scriptores promiscue legitur, Frisii, Frisones: Lugij, Lugiones: Gothi, Gothones: Franci, Francones: Burgundi, Burgundiones: quorum terminatio varia, neque nomen neque gentem variat. Scythici nominis memoriam etiamnum servat* Skytz herad *h. e. territorium Scytharum in Scania. Iohannes Magnus in fine præfat. ait* Scandiam *a nonnullis vocari* Vergion. *h. e. ut interpretatur Messenius Tom. 10. insula luporum,* vargön *vel* varghem. *Qui veterum eam sic appellarint, non addit: major tamen in ea non est luporum copia, quam in ceteris Europæ regionibus sylvestribus. Et illud etiam hic obiter notandum,* vargur, *in veteri lingvâ, non semper notare lupum, sed prædonem etiā & hostem. O. Trygg. saga.* Han vat vargur i veum *h. e. in sacris latrocinia exercuit. Inde,* Brennevargur, Kaxnavargur, giorvargur, *de hominibus maleficis dicitur. Exercuere quondam Scandiani continuam fere piraticam, unde vargi, & patria eorum* vargön *vel* varghem, *dici potuere. Ceterum vix aliud mihi persvadeo, quam vitioso Plinii manuscripto deceptum Ioh. Magnum pro Nerigon legisse vergion. Scandiæ plures veterum meminerunt, pauci vero vel nulli recte & adcuratè descripserunt. Qui hos excepere, diligentiam adhibuere majorem; in quibus Mariana Hispanus, Iohannes Magnus, Casparus Ens: nemo autem melius quam Andreas Bureus, & si qui recentiores.*

Gudmundur hiet hofdingi) *Vide de ipso plura in Herrauds saugu. Meminit etiam Saxo Grammat. lib. 8. Gudmundi Regis Biarmensis, fratris Geruti, qui Gormonem Regem itinerisque ducem Torkillum, variis illecebris irretire conatus sit; sed vix puto eundem esse.*

Glesisveller) *De hoc loco legatur Herrauds Saga. Stephanius in notis ad* Saxonem *Grammat. pag* 104. *præeunte M. Brynolfo, quasi elysios campos, & bonorum atque innocentum, in altera vita, sedes beatas interpretatur. Crederem equidem viris eruditis, si antiquitatis testimonio niterentur. Quid de beatis innocentum receptaculis senserint antiqui, pluribus in locis Edda, Glesisvell vero penitus ignorat.* A sunnan verþum heims enda, er sa stadr er allra er fægurstr, oc biartari enn solen, er Gimle heitir; han skall standa þa er himin oc iorþ firifarast: oc biggva þan stadin rettlatir menn um alldir allda. *h. e.* ad meridiem in fine orbis, locus est omnium pulcherrimus, & clarior sole, qui Gimle vocatur: iste manebit cœlo & terrâ pereuntibus; eumque viri justi incolent per secula seculorum. *item* Best er ad vera i Gimle meþr Surti, oc gott er til dryckiar i Brimle, edur þar sem heitir Sindri: þar byggva godir meñ. &c. *h. e.* Optimum est in Gimle manere cum Surti; in Brimle etiam nectar bibitur; uti & in eo loco qui vocatur Sindri, quos incolunt viri boni. *Præsidem loci glesisvell hic noster, uti & Herrauds saga Gudmundum regem nominat, quem ob denegatam sororem,*

rorem, Herraudus & Bose verberibus violatum spoliarunt. Herrauds saga cap. 12. *Quod beatarum sedium incolæ accidere non potuit. Restat igitur ut alibi, & quidem in nostro orbe glesisvoll inquiramus. Ac mihi quidem dubium non est, eum hic intelligi locum, quem Plinius lib.* 37. *cap.* 3. Solinus *lib.* 3. *cap.* 19. *sub nomine insulæ glesariæ indigitant: à lectione scilicet succini, quod Scandianis non minus quam Germanis gles dicebatur, & ex illis Plinio glesum: quod perperam carpit Cluverius Germ. Antiq. lib.* 3. *cap.* 44. *& glessum dici debere contendit.* Gles & gler, *quicquid splendidum & pellucidum est.* glesa *splendere.* glesilegur *splendidus. Olafs. saga. cap.* 113. Þeir baro milli sin manlikan mikit glæst alt med gulli oc silfri *h. e.* viri statuam ingentem inter se portarunt, auro & argento undique resplendentem. *& cap.* 149. allr bunadr skipana var en glæsiligasti. *h. e.* omnis apparatus navium erat splendidissimus. glerhimin *cœlum serenum.* Han setr à hofut ser hialm skygdan sem gler, hvitan sem silfr, hardan sem stal. *Vilkina saga. h. e.* capiti galeam imponit politam instar crystalli, candidam instar argenti, duram instar calybis. Glerglugg *fenestra*: glerpott *ampulla vitrea. & hujusmodi longe plura.* Gigni succinum in insulis septentrionalis oceani, & â Germanis appellari glesum, itaque & â Romanis unam insularum ob id glesariam appellatam &c. *ait Plinius lib.* 37. *cap.* 3. *C. Tacitus de Æstiorum gente:* sed & mare scrutantur, & soli omnium succinum, quod ipsi glesum vocant, inter vada, atque in ipso littore legunt. *C. Iul. Solinus lib.* 3. *cap.* 19. De Germanicis insulis Scandinavia maxima est, sed nihil in eâ magnum præter ipsam. Nam Glesaria dat crystallum, dat & succinum, quod succinum Germani gentiliter vocant glæsum. *De lectione succini Theodoricus Rex Ostrogothorum in Italia in epistola ad Æstios, apud Caßiodorum lib.* 5. *epist.* 11. legitur succinum in interioribus insulis oceani. *Diodorus Siculus lib.* 5. Ex adverso Scythiæ, quæ supra Galliam est, insula in oceano est, quam Basiliam vocant: in hanc electrum abunde fluctibus ejicitur, alias nusquam in orbe terrarum conspectum. *Pytheas Maßiliensis apud Plin. lib.* 37. c. 2. Pytheas Guttonibus Germaniæ genti accoli æstuarium oceani, mentonomon nomine, spatio stadiorum sex: ab hoc diei navigatione insulam abesse Basiliam, illo vere fluctibus advehi, (*succinum*) & esse concreti maris purgamentum, incolas pro ligno ad ignem uti eo, proximisque Teutonis vendere. Huic & Timæus credidit, sed insulam Baltiam vocavit. *Hæc nisi fallor, recte conficiunt Glesariam in mari Balthico a veteribus collocatam. Basiliam vel Baltiam, terram vel insulam a Balthico mari sic nominatam accepisse eos, quis ambigat, qua etiam ratione, Scandinavia, Balthia dicta est; sed an hic succinum illis temporibus lectum dubito, licet ad Birkæ litus nuper repertum D*[r]*.Locc. Glesarias porro vel electridas veteribus insulas dictas quis miretur, cum septentrionalem orbis tractum fama tantum cognitum habuerint, vera & explorata locorum cognitione destituti: prout* Scandiam *etiam insulam esse crediderunt. Philippus Cluverius lib.* 3. *Germ. Antiq. cap.* 44. *Borußis suis succinum vindicat, & exinde in Italiam & Græciam â Germanis* quon-

quondam perlatum fuisse, per Pannoniam & Illyricum, Plin. testimonio lib. 37. cap. 3. probat, quod Herodoti & Æschyli ætate à Græcis æstimatum expetitumque fuerit. Huic item Prussico electro vel succino, omnem gloriam, nobilitatem, famam & pretium, quo apud exteros, omni ævo, æstimatum sit, adserit; & rectè quidem, quantum ego perspicio. Legi item ait, ad Hispaniæ, Britanniæ, & aliarum terrarum littora, lectumque olim; sed pravum, ignobile & nullius pretii. Hoc cum ita statuat, & electridas insulas ab electro & succino, quod Germanis gles gentili nomine adpellatum, glesarias dictas, Plinij, Taciti & Solini fide constet, mirum cur nostri seculi geographos, cœli terrarumque omnium ignaros arguat, quod Glesariam insulam in Æstiorum litore peninsulam Sudaviensem interpretentur: quod ad hanc succinum nobilissimum legitur. Insulas autem Farrias, in oceano, inter Norvegiam & Islandiam sitas, quondam Romanis, a gleso (succino) dictas Glesarias; & ab eodem argumento Græcis electridas. Credo Farenses insulas Romanis Græcisque numquam cognitas: nec succinum ibi unquam lectum. Non ignoravissent hunc thesaurum profecto Norvegiæ reges, ejusque commercium in suum convertissent usum, qui & oceanum & mediterraneum mare classibus semper oberrarunt, ut multo faciliori negotio rem tam pretiosam, & Romanis Græcisque pariter expetitam, ad eos deferre possent. Supra autem Tacitus, & Theodoricus apud Cassiodorum, solos Æstios glesum legere, id scilicet, cujus nomen Romanis innotuerat, dixere. Dicendum etiam Cluverio fuisset, Hispanos, Britannos & Farenses succinum, gentili nomine, adpellavisse gles, æque ac Germanos, si ad eorum litora, glesariam insulam, à gles dictam constituere voluisset. Certe Plinii verba lib. 37. cap. 3. Certum est gigni in insulis septentrionalis oceani, *tam possunt accipi de mari Balthico, quam oceano. Quod clarius liquet ex cap. 16. lib 4. ubi ab una Britanniæ parte collocat Orcadas, Æmodas, Hebudes &c. mox addit*, & ab adverso in Germanicum mare sparsæ glesariæ, quas electridas Græci recentiores appellavere. *Farenses insulæ ab eadem Britanniæ parte quâ Orcades, non ab adverso sitæ sunt. Ortelius in Thesauro geograph. prope est ut Sudaviam intelligat esse Glesariam; quamvis dicat se malle intelligere insulam Ameren in Germanico mari: quod Germani ameren idem vocent quod glesum. Electridas autem Hetland & Fare fortassis intelligi ait. Nostra profecto nihil interest, ubinam terrarum glesariam & Electridas collocent alii: neque enim de earum dominio contendimus: sed quia Glesisvoll & Glesariam idem esse nobis persvasimus, quæ huc pertinere visa sunt, in medium attulisse è re putavimus.*

Udains akur) Udains akur, *agrum significat immortalium. Rationem nominis subjungit auctor, quod istius loci incolæ, nec morbo nec senio graventur, diutissimeque vivant. Videtur Plinius, vim nominis exprimens, atanaton appellare lib. 4. cap. 16. in numero insularum Germanicarum memoratam, quas in germanicum mare sparsas ait. In nostro etiam auctore conjunguntur* glesisvellur & udains akur. *Saxo Gram. lib. 4. Undensakre vocat, non satis recte; ubi autem terrarum inveniatur, fatetur se ignorare:* quem ad locum, cui undensakre nomen est, nostris ignotum populis, concessisse est fama *vide Stephan. notas pag.* 104. De spatio atque longinquitate vitæ hominum, non locorum modo situs, verum exempla ac sua cuique sors nascendi incertum fecere, *ait Plin. lib. 7. cap. 48. commemoratis, eodem capite; uti & sequenti,*

Compluribus exemplis hominum longævorum. Quod de locorum situ ait, huc maxime quadrat: sanam scilicet aëris temperiem, quæ situi maxime debetur, ad vitam producendam plurimum facere. Sed illud juxta providendum, ne vita aliqua intemperie vitietur. Vix enim restituet cœlum & solum, quod ipsi nobis per intemperantiam adimimus. Inde est ut credam prisci ævi mortales diutius multo vixisse, quod ignorato nostri seculi luxu, parco & simplici victu contenti fuerint, & sobrie ac frugaliter vixerint. Deliciæ enim & luxus, non animi tantum & ingenii vim frangunt & enervant, sed corporis etiam robur debilitant & elidunt. De septentrionalibus populis hoc etiam addendum videtur, vixisse illos quondam magnâ morum simplicitate, remotos ab avaritia & cupiditate habendi, quæ ceteros animi turbines cient, varioque ipsum tumultu obruunt ac supprimunt: unde vitam non miseriorem tantum sed etiam breviorem existere necesse est. Quibus malis liberi prisci illi, quietam, pacatam & longam vitam vixerunt. Strabo lib. 15. Hyperboreos mille annos vivere, ab aliis commemoratum refert: Et licet illud in eum censum referat, quo Simonidis & Pindari scripta, h.e. Poëtarum & mythologorum: hoc tamen inde conficitur, communem jam tum fuisse opinionem Hyperboreos quam diutissimè vivere. De iisdem Plin. lib. 4. cap. 12. Ultra aquilonem gens felix, si credimus, quos Hyperboreos appellavere, annoso degit ævo, fabulosis celebrata miraculis. *Qui fuerint illi Hyperborei, inter scriptores non convenit. Lubet Ortelii verba ex Thesauro Geograph. adscribere.* Hyperborei Rhipæique gentes & montes à veteribus omnibus statuuntur versus boream, situ autem valde inconstanti. Ptolomæo sunt in Sarmatia Asiatica. In Asiatico littore Pomponio 3. cap. 5. ultra Amazones 1. cap. 3. ultra aquilonem Plin lib. 4. cap. 12. & 6. cap. 13. Item Pausaniæ 5. supra Arimaspios eidem. 1. Hos describit ultra Rhipæos montes Clemens Alexandrinus. Strabo 12. dicit antiquiores eos qui supra Istrum & Adriam incolerent, omnes Hyperboreos, Sauromatas & Arimaspos appellasse. Nescio quâ fide habet Apollodorus 2. ad Atlantem montem. Atque hæc de his. Rhipæi his confines ad Tanaidis fontes ponuntur à Ptolomæo & Plinio: cum Cerauniis montibus eos conjungere videtur Pomponius, Ultra extremam Scythiam statuuntur ab Aristotele, de quibus multa, ut addit, fabulosa narrantur. A quo non abludit Strabo lib. 7. ubi dicit Hyperboreos & Rhipæos montes esse commentitios. Circa Tanais fontes hodie nullos esse montes, docent testes oculati & fide digni. Sunt vero montes ulterius, versus mare boreale, quos accolæ Camenopoias h. e. cingulum sive zonam mundi vocant, & ejus verticem stolp, teste Herberstenio, qui hos, uti quoque Mercator pro hyperboreis sive Rhipæis antiquorum montibus habet. Meminit & Orpheus in Argonauticis Rhipæi montis, cujus verticem Calpium [Kiolen] nominat. Hunc aliũ ab illo habuerim ego, ac potius pro jis qui Scandiam peninsulam à meridie versus septentriones ad oceanum usque

que in duas partes dividunt, & quos Olaus vulgari nomine Dofrinos & Dofrafiell nominat. Idem Orpheus ibidem habet acheron locum, quem interpretari ausim abyssum illum, quem nostrì umbilicum maris appellant. etymon, locus & natura hujus loci ad credendum me impellunt. quid ni? vocem enim germanicam puto, & idem significare quod abyssus. Acheronta enim, nihil aliud est, si interpreteris, quam sine fundo. ab à vel *af* privativis particulis & *gront* fundus. itaque *afgront* pronunciamus h. e. abyssus. vocem itaque indigenarum retinuisse hic Orpheũ verisimile. Incolas enim hujus tractus Celto-Scythas nominant Strabo & Plutarchus in Mario; & celticam sive germanicã lingvam ibidem hactenus in usu esse, non tantum scio, sed & docere possum, si necessitas urgeat. Hyperboreos macrobios esse scribunt Strabo, Plinius & Orpheus, item Olaus. *Hæc Ortelius. De Rhipæis & Hyperboreis non pauca Cluverius lib. 1. cap. 1. Germ. antiq. examinatis veterum sententiis. Ipse autem in littorali ora eos inter Gandviik & obium flumen collocat. Septentrionalem fuisse gentem nemo dubitat, & si ultra aquilonem degebat, ut ait Plinius, in ea certe aquilonis parte, quæ â Romanis fuit remotissima; quæ Scandiæ maxime convenit. Credo ego veterum illos Hyperboreos, aut nusquam gentium, aut in Scandia vel ejus exstremitate sedes habuisse. Cum enim ipsi Scandiani veteres septentrionalem hanc plagam semper appellaverint* Nordur halfo heimsins, *&* Nordurlond, *& seipsos Nordmen: istius nominis significationem fama ad se delatam, suo vocabulo Hyperboreorum expressere Græci: verum autem Scandiæ situm, locorumque adjacentium exploratum non habuerunt. Unde tam diversæ sententiæ de Hyperboreorum sedibus. Licet enim non raro ad ipsos commearent Scandiani, ut alibi ostendi, ex illis tamen, geographiæ incuriosis, gentis mores & instituta potius, quam locorum situs Græcis innotuerunt. Hæc ut prolixius aliquanto memorarem, nomen* Udaens akur *merere videbatur. Nec inutile fuerit cum his conferre quæ de Americanis gentibus memorant scriptores: nempe diu illos atque ita sanos vivere, ut nullis fere morbis aut contagione tententur. Quod non loci tantum salubritati, sed & moribus ipsorum tribuendum videtur. Multa enim præclara de ipsorum simplicitate, frugalitate, opum contemptu, & animi tranquillitate referunt scriptores: adeo ut plurima illæ gentes vitia & mala ignoraverint, priusquam ab invasoribus Hispanis in servitutem & ad sui vilitatem redigerentur. Cum notas has meas quales quales in Hervarar Saga congestas Nobiliss: Dn. Georgio Stiernhielmio tradidissem, ut accuratissimi judicii sui lima poliret: se illud sibi sumere negavit: Dissertationem tamen suam de Hyperboreis mihi communicavit, quam ipso volente ad finem notarum imprimendam curavi.*

Oc ma eingin deya) *Non eo sensu hoc dictum, quod isthic loci, nemo unquam mori posset aut deberet; sed quia longævos raro ibidem contingebat morbo aut senio defungi: nam sua sponte fatum accelerabant aut differebant. De Hyperboreis, Plin. lib. 4. cap.* 12. Discordia eis ignota & ægritudo omnis: Mors non nisi satietate vitæ, epulatis, delibutisque senibus luxu, ex quadam rupe in mare salientibus. Hoc genus sepulturæ beatissimum. *De iisdem Pomp. Mela. lib. 3. cap. 5.* Diutius quam ulli mortalium, & beatius vivunt, & ubi eos vivendi satietas

magis-

magisque tædium cepit, hilares redimiti sertis, semetipsos in pelagus ex certâ rupe præcipites dant. Id eis funus eximium est. *C. Jul. Solinus cap. 21. fere eadem.* mortem accersunt ait; & voluntario interitu castigant obeundi tarditatem. Quos satietas tenet vitæ, epulati delibutique è quadam rupe præcipitem casum in maria destinant. Hoc sepulturæ genus optimum arbitrantur. *Vide Gautreks saga cap. 2. & quæ in eum locum notavit Clariss. Schefferus pag.* 107. *Quis horum non miretur constantiam, qui sponte & intrepidi anticipabant quod ceteris mortalibus maxime videtur extimescendum? Quod hi arbitrio suo faciebant, aliæ gentes lege facere tenebantur. Diod. Sicul. lib. 5. cap. 66. de insularum meridionalium incolis.* Ad certum scilicet 150 annorum numerum vivunt; hoc spatium emensi, lege se vitâ abdicare tenentur. *Utrisque his modis sibi providebant, ne morbis vel senio exstinguerentur.*

Sott oc elli) *Morbi intemperantiâ & luxu sæpe accersuntur, multosque ante diem sternunt, qui aliis naturæ infirmitatibus obnoxii non fuerunt: Senium vero etiam sobrii hominis corpus, viresque vegetas sensim subruit ac demolitur, ut tandem, instar annosæ quercus, crebris ictibus evictæ, ruinam trahat. Eleganti hoc commento expressere majores nostri in mythologiis Eddicis, cum Asa-Thorum ceterorum Deorum robustissimum, ad experimentū virium Utgarda-Locho exhibendum, cum anicula Elli compositum & in genua prostratum narrant. Adeo nihil tam firmum est, quod senio non frangatur.*

Han var all fiolkunnugur) *Gigantes roboris sui fiduciâ plenissimos, ad magicas se demisisse artes, turpe & infame videri posset. Sed dedecori ea prætexitur excusatio, quod aliter se adversus duergos tueri nequeant, qui corporis viribus longe inferiores, malitiâ tamen & stratagematibus magicis ipsos sæpe evertebant. Unde & multis magis ea excusatio detestandæ artis, non ut alios malefacerent, sed ut se tuerentur, istam didicisse. Addi & illud poterit: admirationi & honori tunc fuisse artem illam, ab Odino & Asis, eo tempore primum huc illatam: quamvis revera aliud nihil fuerit quam illusio & præstigiæ. Magus Jarls Saga.* Sua segia sumer frædimenn, at Magus Iarl væri kumin at langfedgatali af syni Odins þeim er Narfi eda Nari het: oc han hafdi verit skamt þadan. Oc þui er mikil likindi, at han hafi verit þeirar ættar: han hafi mikit kunnat i Necromantia. Þvi at Æsir plagudu þa iþrott framarst, er kukl oc sionhuerfingr er kallat. Fluttu þeir first þessa list hingat i Nordr halfu heimsins austan or Asia velldi: oc af þvi voru þeir mest lofader; at margir trudu at Odin redi skini solar, oc liosi himins, þa er han tempradi slika luti med væl oc sionhuerfingum. Oc skildu ecki ufrodir menn atferd slikra luta. Enn þat var alt er han lek oc syndi, i slikum lutum, fals oc hegumi. Epter þat dreifdiz þessi kunnusta; oc urdu menn a þetta, sem â annat, þat er nema skal, misiapnt froder. Er þat sogn flestra manna, at Magus Iarl munni miok hafa igegnum gengit þessa frædi: oc þvi hafi han leikit þessa fasena leika. *h.e.* Doctorum hominum ea est sententia, Magum Comitem genealogiam suam ab Odini filio Narfi vel Nari repetivisse, & tempora illa prope attigisse. Et istius sangvinis eum fuisse hæc est ratio, quod

artem

artem Necromanticam perpulcre calluerit. Præcipuè enim artem hanc isti excoluerunt, quam illusionem & præstigias vocamus, primique eam ex Asia in Septentrionem intulerunt: eaque propter in maximo fuere pretio. Et credidere plurimi Odinum in solem coelique lumina imperium obtinere, cum quæ facere uidebatur, fraude & illusionibus misceret. Non potuere quippe homines rudes, harum rerum rationem & modum discernere, licet omnia, quæ monstrabantur, falsitas & vanitas essent. Exerceri deinde hæc ars cœpit: in ea tamen non æque omnes excelluere; perinde ut fit in ceteris artibus, quæ labore & studio percipiuntur. Oportet proinde Comitem Magum in hac fuisse versatissimum, cum tam miras ediderit præstigias.

Alfasprenge) *ex progenie Alforum. De Alfis & Alfheim ita Edda:* Sa er þar stadr, er kalladr er Alfheimur: þar bygver þad folk er liosalfar heita; En daukalfar bua nidri under iordu: oc ero þeir oliker synum: oc enn olikari reindum: liosalfar eru hvitari enn sol synum; enn daukalfar svartari enn bik. *h. e.* Isthic locus est Alfheimur nomine, quem incolunt Liosalfar, *(fauni vel dæmones candidi) sed* dæmones nigri (*daukalfar*) degunt subter terram. aspectu hi dissimiles sunt, sed multo magis experimentis. Liosalfi sole sunt clariores, daukalfi *vero* pice nigriores. *Ceterum ex horum satu Ognam fuisse vix credo, sed ex progenie semigigantum qui Norvegiæ provinciam Alfheim incolebant, de qua infra.*

Starkadr Aludreingur) *Hunc describit Saxo Grammat. lib. 6. in vita Frothonis quarti, sed mox eundem perperam confundit cum nepote ejus Starkathero annoso. Ut notavi ad Gautreks saga pag.* 30.

Alupotta) *Saxo Grammat. lib. 6.* Hunc in ea regione quæ Svetiam ab Oriente complectitur, quamque nunc Æstonum aliarumque gentium numerosa barbaries, latis sedibus tenet, originem duxisse memoriæ proditum constat. *Credibilius ipsum eam potius regionem quæ Sveoniam a septentrione complectitur, h. e. Jotnaheim vel Risaland, natale solum habuisse.*

Han var komin af þussum) þuss & vargur *idem notant, lupum nempe, maleficum istud animal; inde etiam latrones, prædones, invasores, qui pacem hominum quietorum & innocentum turbant: Quorum è grege cum fuerint gigantes,* þussar *eam ob causam appellati quondam sunt. Nec magis inter se dispares sunt, quam ut in unam cohortem cogi possint,* þussar, þussablendingar, Iotnar, Risar, bergrisar, halfrisar, bergbuar, troll, halftroll.

Han hafdi atta hendur). *Octimanum fuisse quis credat? dicam potius ob inusitatum robur & singularem in pugnis & monomachiis ineundis agilitatem & dexteritatem, tot ipsi manus adfinxisse veteres; cum tot scilicet ictus ille ad quodvis inimici inferre posset. Adposite hanc ad rem Saxo in vita Rolvonis lib* 2. *pag.* 37. *Biarconem inducit, martio & simul poëtico calore incitatum:*

Non memini certamen agi, quo promptius esset
Alternare enses, partirique ictibus ictus:
Dans unum tres accipio: sic mutua Gotthi
Vulnera compensant: sic dextra potentior hostis
Vindicat acceptam cumulato fœnore pœnam.

Nec aliter videntur intelligenda, quæ mox in auctore nostro sequuntur verba: han vò med fiorum sverdum señ *h. e* quatvor simul pugnavit ensibus. *Non pauca ejusmodi vera & historica veterum mythologia involucris poëticis obtexit, ingenii vel oblectationis causa, quorum insveta cum sit nostra ætas, pro fictis & fabulis ducuntur. Quæ si perpendisset Saxo Grammat. aliter judicium suum instituisset, lib. 6.* Fabulosa autem, *ait*, & vulgaris opinio, quædam super ipsius ortu, rationi inconsentanea, atque â veri fide penitus aliena confinxit. Tradunt enim quidam quod â gigantibus editus, monstrosi generis habitum inusitatâ manuum numerositate prodiderit: afferuntque Thor Deum quatvor ex his, affluentis naturæ vitio procreatas elisis nervorum compagibus, avulsisse. atque ab integritate corporis prodigiales digitorum eruisse complexus, ita ut duabus tantum relictis, corpus quod ante in giganteæ granditatis statum effluxerat, ejusque formam, informi membrorum multitudine repræsentabat, postmodum meliore castigatum simulacro, brevitatis humanæ modulo caperetur. *Stephanius in notis adhunc locum pag. 135. rectius monuit, vulgare mythicorũ commentum esse, quo monstrosam membrorum multitudinem gigantibus fortitudinis significandæ gratia affingere solent. Quod Græcorum & latinorum poëtarum exemplis ibidẽ illustrat.*

Elivogar) *Quibus fluminibus hoc nomen antiquitus fuerit, non ita promptum est dicere. In ultima Laponia vel septentrionali Russiæ parte defluentibus hoc nomen quondam inditum puto. Forte & mare glaciale sic olim appellatum. De his fluminibus Edda sic philosophatur.* þà sagdi Har: àr þær er heita Elivagar, erò sva langt komnar fra uppsprettunum, ad eitrkvikan su er þar fylgdi hardnadi sem sindr i afli: þad vard iis; oc nam han stadar, oc rann ey. þa hiellt yver þanog: oc þad er afstod eittino, fraus, oc iok hvert hrimid yver annat alt i ginungagap. þà mælti Iafnhar: ginungagap, þad er vissi til norþr ættar fyltist med þunga oc haufugleik, med hrimi oc ise, oc infra ur oc gustr: enn sydri hlutur ginungagaps lettist moti sium oc gneistum er flugu or Muspelsheimi. *h.e.* Tum inquit Har (*Odinus*) flumina quæ vocantur Elivagar, tam longe recesserunt â scaturigine suâ, ut veneni nativa indoles, quæ inerat, indurescêret, instar scoriæ in fornace: facta inde glacies constitit, nec liquata postmodum est. Prope autem fuit, ut extensione rumperetur; residuum vero illius veneni gelu constrictum, pruinæque superinducta pruina fuit, usque in ginungagap. Tum subjunxit Iafnhar (*Odinus itidem*) septentrionalior regio illius ginungagap repleta est gravitate & pondere, pruina & glacie, ab intra vero horridis hyemis tempestatibus & procellis: meridionalis autem illius pars levis est, propter fulgura, & scintillas ex Muspels heime advolantes. *Rationem*

nem expedire conatur pingvis hæc philosophia, cur perpetuo frigore, gelu & stridentibus procellis obrigescat polo arctico vicinior & subjecta regio. Licet autem ridiculæ & stultæ adferantur rationes, vera tamen locorum citari nomina nihil prohibet. Per ginungagap, chaos vel abyssum intelligi aliis placet: ad verbum autem sonat hiatum vel rictum expansum. Sed qui navigationes & itinera per septentrionem quondam descripsere, ingens fretum indigitant nomine ginungagap. auctor Geiplæ, postquam adcurate descripserat loca, promontoria, sinus, freta, insulas, & quæ alia navigantibus observari solent, inter Finmarchiam nostram & Grænlandiam, porro addit: Nu er ad seigia hvad til motz vid Grænland geingur, ur þeim botnum sem fyrr eru nefnder. Furdustraundur heitir land: þar eru frost mikil, so er obyggianda, so meñ viti: sudur frà er Helluland, þad er kallat Skrælingaland. þa er skamt til Vinlands hins goda, er sumer meñ ætla ad gangi af Africa. Milli Vinlands oc Grænlands er ginungagap. þad geingur ur hafi þui er heitir Oceanus: þad huerfur um allan heim. *h. e.* Iam porro dicendum est, quid Grænlandiæ occurrat ab altera parte harum, quas jam aperuimus designationum. Furdustrandur (*littus horridum*) vocatur terra, ingenti frigore obsita, ita ut sit, inhabitabilis, quantum scimus. Ad meridiem ei est Helluland (*terra Saxosa*) quæ alias vocatur terra Skrælingorum. Inde non procul est Vinlandia bona (*America*) quam alii existimant Africæ continuam esse. Inter Vinlandiam & Grænlandiam est Ginungagap, quod ex oceano discedit, qui universum terrarum orbem circuit. *Sed jam ulterius Elivogar inquirendi sunt. Bardar Saga.* Dumbur Kongur ried fyrir hafs-botnum þeim er ganga i land-sudur af Risalandi; en fyrir sunnan geingur haf þad er nu er kallat Dumbs-haf, oc keñt er vid Dumb Kong. liggia þar i morg Smalond oc eyar. Dumbur Kongur flutti Bard son sin sudur i Noreg, til Dofrafialla, oc kom honum X. vetra gamlum þar i fostur. Sidar for Dumbur heim aptur Nordur um Elivoga (þar voru þa Elivogar) *h. e.* Dumbus rex præfuit finibus maris, qui ex adverso terræ Risaland continentem ad meridiem stringunt. Ad meridiem quippe mare est, quod jam Dumnicum appellatur, à Rege scilicet Dumbone sic denominatum, in quo multæ parvæ terræ & insulæ jacent. Dumbus rex filium suum Bardum decennem in Norvegiam adduxit, in montanis Dofrafiall educandum. Inde domum profectus est Dumbus, suscepto itinere per septentrionalia extra Elivoga. Ibi ergo tunc fuerunt Elivoga. *Non sinus tantum Botnicus (jam sic dictus) sed etiam mare Cronium quondam appellatum Dumbshaf, a Dumbonis scilicet imperio late extenso. Ita enim porro eadem Bardar Saga:* Giestur Bardar son sigldi nordr med landi, oc alt fyri Halogaland oc Finmork, oc so til hafs-botna: oc er þeir komo nordur yfer Dumbshaf þà kom mader af landi, oc riedist i ferd med

þeim. Um ſider komu þeir vid Grænlands obygder: þa var komid ad vetri *h. e.* Gieſtur Bardi filius, ſeptentrionaliora littora legit, & ſupra Halogiam ac Finmarchiam mare Botnicum ſulcavit, ſuperatoque Dumbs-haf, cum in boreali litore eſſet, advenit quiſpiam e continente, & itineris ſocietatem cum eo iniit. Tandem ſeneſcente jam anno ad deſerta Grænlãdiæ pervenerunt. *Non infrequentes quondam è Scandia in Grænlandiam ſuſcipiebantur navigationes: Unus Hallur Geit, pedibus hoc iter confeciſſe dicitur. Grænlandz annal.* þattur nockr er ſkrifadur af þeim manne er Hallur hiet: Han var kalladur Hallur Geit: honum einum luckadiſt þad, ad komaſt landveg à fæti yfer fioll oc iokla, oc oll oræfi, oc yfer alla hafs-botna, veſtan alt ur Grænlands bygd, oc auſtr til Gandvikr, oc ſo i Noreg. Han leiddi med ſer geit eina, oc fædiſt vid miolk hennar. Hitti han optaſt þa dali oc mio ſund, iokla amillum, ad geit hans mætti fædaſt, annat huort vid gras edur ſkog. *h. e.* Facinora Halleri nonnulla ſcriptis memorantur, qui dictus fuit Hallur capra. Ipſi ſoli contigit terreſtri itinere, & pedibus, per montes, nivium ac glaciei invia ac inacceſſa, mariſque ſinus ac freta, ex occidentali Grænlandia ad Gandvicum ſinum, & ſic in Norvegiam pervenire. Duxerat autem ſecum capram, cujus lacte vitam toleraret. Capræ vero pabulum præbuere, valles & convalles montibus interjecti, veſtitique gramine & virgultis. *De Elivagis ita Torſteins Vikings ſonar Saga.* Loge hefur Kongur heitit: han ried fyri þui landi, er liggur i nordur af Norege. Loge var ſtærre oc ſterkare enn adrer menn i þui lande; oc var leingt nafn hans, oc var han kalladur Haloge. Af honom tok landid nafn, oc var kallad Halogaland. Loge var allra manna fridaſtur: bra honom um afl oc voxt i ætt ſina: þui han var Riſakyns. Han atti þa Konu er Glod het, dotter Grims ur Grimsgordum, nordan ur Iotnaheimum, er þa voru kallader fyri nordan i Jelvogum. *h. e.* Rex Loge (*flamma*) præfuit regioni, quæ Norvegiam a ſeptentrione claudit; fuit is major & robuſtior ceteris ejus terræ hominibus: ideoque auctum nomen ejus, ut Haloge (*Loge altus*) vocaretur: & ab eo provinciæ nomen Halogaland impoſitum. Fuit Loge magna corporis dignitate, & robore ac ſtaturâ genus ſuum referebat, quod è gigantibus. Vxorẽ etiam duxerat Glod (*pruna*) nomine, filiam Grimeri, ex Grimsgordum, è ſeptentrione & Iotnaheim, prout tunc vocabatur ſeptentrionalis ille tractus inter Elivog. *Arngrimus Finmarchiæ conterminam facit Riſaland & Iotunheimar. Hic autem locus innuere videtur Iotunheim fluminibus his Elivagis utrinque claudi. Forte & ille Iornandus cap.* 3. *Vagi fluvius idem eſt: meminit item fluminis Vagoſolæ. cap.* 5. *de Scythia.*

Efra foss ad Eide) *Horrendum illud intelligitur præcipitium fluminis Gotelbæ,* trollhætta *dictum, 6. milliaria ſupra Gothoburgum in Veſtrogothiâ, decurrentis. De eo ſic Olaus Magnus lib.* 2. *cap.* 20. Dictum eſt ſuperiori capite, in unum lacum Vener, ex altiſſimis montibus Norvegiæ

vegiæ & Sveciæ viginti quatvor maxima flumina ingredi. Et licet eorum introitus valde ſtridulus ac verticoſus ſit, in omni deſcenſu: tamen montibus tam amplo circuitu reſiſtentibus, nuſquam niſi unicum inveniunt exitum; huncque tam rapidum & ſonoroſum, ut ultra viginti milliaria Italica exaudiri poſſit. Nomenq; vulgare habet Trollhættæ, hoc eſt, caputium dæmonis: forte propter horrorem, quem ſono ſtridoreque generat, in paludinoſam planiciem cadens. Vel quia ſub ejus deſcenſu præcipiti, reperitur inſignis ſpelunca latronum, ad quam anguſto tramite fit acceſſus, ſolum ab ipſis latronibus ac furibus frequentatus &c. *Quæ de præcipitio hoc narrat, vera ſunt: ſed in vocabuli derivatione fallitur, ignoratione priſcæ vocis* hætta, *quæ non pileum hic ſed periculum notat; ſignificatque Trollhætta, non caputium dæmonis, ut vult Olaus, ſed præcipitium horrendum & periculoſum ipſis etiam dæmonibus. Troll, & halftroll, præter dæmones vocantur etiam gigantes, ſemigigantes & ingentia hominum monſtra; quorum mores cum exprimant latrones, iique ſpeluncam ſubter præcipitium iſtud latentem quondam ſubire auſi ſint:* hætta *enim tentare & periclitari notat: poterit & inde Trollhætta dici, ut etiam innuit Olaus; ſed nominis ratione non additâ. Addit porro auctor noſter* efra foſſ ad Eide *h. e. ſuperius præcipitium, ad differentiam* Litla Eid, *quod Gothoburgo propius eſt, & eaſdem aquas præcipitat, ſed minori impetu.* Eide *&* forsfall *vocantur anguſtiæ per quas aqua cum impetu & violenter defertur. Inde* æſaſt *&* æſilega. *OL. S. cap.* 21. Þa er regn ero mikil eda ſnænam, þa hlaupa votn ſua æſilega i Laugin, ad forsfall er ut üm ſtockſund. *h. e.* Cadente multa pluviá, aut reſoluta nive in tantum augẽtur & æſtuant aquæ Meleri lacus, ut per fretum Stockſund violenter decurrant. *item.* oc ma þar ecki fara ſtorſkipum, nema þà er votnin æſaſt meſt *h. e.* majoribus navigiis non eſt ibi commodum iter, niſi cum maxime exæſtuant aquæ.*

Fyrir Alfheim) *Ditio eſt fluminibus Gautelf & Raumelf interjecta. De Gaut-Elba nonnihil in notis ad Gautreks Saga pag.* 11. *Raumelf autem ex Ingenti Norvegiæ lacu* Miörs *defluit in oceanum; O. S. cap.* 45. Flutti Kongur karfan upp aptur Raumelfi, oc alt uppi Miors. *h. e.* Navigium adverſo flumine Raumelf, rex in lacum Miors ſubduxit. *De utriſque his fluminibus, & interjacente ditione Alfheim, ita Torſteins Vikingsſonar Saga.* Grimur var hin meſti berſerkr; han atti Alvoru ſyſtr Alfs hins gambla; han ried fyri riki þui er liggur i milli á tveggia. Þær tocu nafn af henne, oc voru kallader elfar. Var ſu kallad Gautelfar, er fyri ſunnan var, vid land Gauta Kongs, oc ſkilde vid Gautland: enn ſu var kollud Raumelfur, er fyri nordan var, oc var hun kend vid Raum Kong. Þad er nu kallat Raumarike: enn þad eru kallader Alfheimar, er Alfr Kongur ried fyre. *h. e.* Grimus inſignis fuit pugil: Uxorem is habuit Alvoram, ſororem Alfi annoſi, qui ditioni duobus fluminibus interjectæ præerat. Ipſis autẽ fluminibus ab Alvora nomen Elfar. Et illud quidem Gautelf, quod ad meridiem Veſtro-Gothiam alluit, ſeparatque, Gothiæ

thiæ regis ditionem â Norvegia. Alterum vocatum est Raumelf, quod â septentrione fluit, â Raumo rege, cujus ditio Raumarike. Alfheimo autem nomen ab Alfo rege. *Dicta postero tempore hæc ditio* Granafylki, *& nunc Bahuslæn. Iornandi autem priscum illud Raumarike non incognitum p. m.* 82.

Alt folk var ofridara) *Rationem addit Torsteins saga verbis sequentibus:* Þad eru kallader Alfheimar, er Alfur Kongur ried fyri: En þad folk er alt Alfakyns sem af honom er komid. Voru þeir ofridari menn en adrer þioder, næst Risafolke. Alfur Kongur atte Brimgiorde dotter Raums Kongs af Raumarike, hon var stor kona enn ecki væn. Þvi Raumur Kongur var liotur. Er þad þui mælt ad þeir menn sieu mikler Raumar, sem lioter ero oc storer. *h. e.* Alfheimo ditioni ab Alfo rege nomen: omnesque posteri ejus gigantei fuere generis, & ceteris populis post gigantes, deformiores. Rex Alfus uxorem duxit Brimgiordam, filiam Raumi regis è Raumarike. Procera hæc fuit mulier, & non pulcra. Parens enim ejus Raumus rex deformis fuit. Inde est proverbium, ut Raumar vocentur qui deformes sunt, & magnæ staturæ.

Disablot) *Sacrificium Friggæ, quæ eximio quodam jure dicebatur Dis, h. e. Dea.*

Eitt haust) *Ter quolibet anno instituebantur commessationes sacræ, in quibus Diis primum sacra fiebant, deinde convivæ omnes genialiter vivebant, quamdiu suppetebat symbola: senescente scilicet autumno, mediâ hyeme, & ineunte æstate. Olafs Saga cap.* 109. er þad sidr þeirra at hafa blot à haust oc fagna vetri; annat at miþium vetri; þridia at sumri. Þa fagna þeir sumari. *h. e.* mos ipsorum est, sacra peragere, in autumno ad excipiendam hyemem; deinde etiam media hyeme, tum ineunte æstate ad excipiendam æstatem. *item cap.* 117. Hã var þui vanur meþan heidni var, ad hafa þrenn blot huern vetr; eitt àt vetr nottum, annat at miþium vetri, þridia at sumri. *h. e.* Consvevit in gentilissimo, singulis annis ter sacrificia peragere: primum cum inciperent noctes frigidæ; alterum mediâ hyeme, tertium ineunte æstate. *Quæ huc faciunt plura infra repetentur in voce Iol.*

Gieck Alfhildur ad blotinu) *h. e. Sacrorum ceremoniis præsidebat. In Herrauds saugu pag.* 34. *dicitur* ganga fyrir blotum i hofinu. *Hoc autem munus obivere non postremi e plebe, sed qui præ ceteris illustri dignitate & sangvine conspicui erant. Cur autem hic regis filia sacris operata sit, ea est ratio, quod sacra erant Friggæ, sive Deæ Veneris. Honor ergo sacerdotii fœmineo sexui deberi videbatur. Quamvis & alii unâ cum ipsa ad hoc officium eligi potuerint. Imo & ipsum regem sacris interfuisse, & commissationes postea initiare debuisse, ex Snorrone adparet, in vitâ Haquini Adalsteins fostra, quem, tametsi Christianum, ad ethnicum hunc morem comminationibus & mortis metu adigere rustici contenderunt. Quod autem in Olafs saga cap.* 109. *dicitur* Firibeitast um blotveizlonar, *propriè quidem non est sacris peragendis præsidere: sed sacrarum commessationum sumptus procurare, & ut omnia ordine fiant, & ne quid ad sacra rite peragenda desit, providere. Negari tamen non potest duodecim istos rusticos, de quibus caput illud* 109. *loquitur ipsum etiam sacrificium & ceremonias peregisse. Ob*

gravissimum enim regis interdictum, furtiva hæc sacra, ut ratio exigebat, rite fieri nequiverunt. Religose autem & cum veneratione ad Deos suos semper accedebant. Olafs. Saga. cap. 113. Þa hliopu bænder aller upp, oc lutu Þui skrimsli. *h. e.* tum surrexere rustici, & coram idolo se incurvarunt. *Ab hostiarum mactatione dicebatur ipsum sacrificium* blot, *& sacrificare* blota. *retinuit tamen hanc vocem postea Ulfilas, & divino cultui Christianorum adhibuit.* Svare mik blotan. *frustra me colunt. Marci.* 7: 7. Blotande Fan nahtam giah dagam h. e. colens dominum nocte ac die. Luc. 2. 37. Blotmadur, *in sacrificando assiduus.* Blotveizlur; *sacræ commessationes: Pro* blota, *dicitur in Olafs Tryggvasons Saugu* færa forner *h. e. ferre dona Diis.* Hakon Iarl for stundum til lands oc færdi forner godum sinum, oc veitti Þeim akall mikit *h. e.* Comes Haquinus interdum e navibus in terram descendit, donaque Diis suis obtulit, eosque multis invocavit precibus.

Um nottina) *Commessationes sacras in plures dies noctesque continuatas, nemini ignotum: ipsas etiam sacrorum cæremonias de nocte peragi solitas hic locus indicat; forte quia Friggæ sive Veneris sacra, quæ pervigilio celebrari inconveniens non erat.*

Raud haurgin) Rioda, *est sangvinem illinere, vel sangvine tingere. Gulaþings lag, Landvarnarbalken cap.* 16. Nu ef Þeir hitta à her, oc Þurfu ad rioda odd oc eggiar til fear Þess, Þà hafi sa se er fyrr atti. *h. e.* si latronum manipulum assequantur, & pro recuperatione rerum ablatarum necesse habeant mucrones & aciem ferri, sangvine rubefacere, recuperata priori possessori cedant. Haurgur *idolum, simulacrum notat, quod auctori nostro cap.* 20. blodtrie *etiam vocatur. Quamvis etiã latius ibi accipi possit, pro omnibus illis ex ligno factis, quæ victimario sangvine tingebantur: uti erant Dii sive idola, aræ, parietes delubri: Olafs. saga cap.* 107. *Snorro in vita Haquini Adalsteinis fostra. In eos præterea, qui sacrificio intererant, sangvinem istum sparsum ex Dudone de sancto Quintino probat Clariss. Scheffer cap.* 10. *Upsal. antiquæ. Arboribus item in luco sacro ipsum affusum, indidem ex Adamo. Cæsarum nempe victimarum sangvinem vase in id parato atq; in ara collocato excipiebant, in usum supertius indicatum: Carnem vero, adipem, pingvedinemque omnem convivæ absumebant. Hominum autem canumque cadavera in luco suspendebant. Si in Odini honorem epulum institutum, equina caro in deliciis maxime fuit. Illud etiam hic observari potest, in sacris unius Dei, ut hic in Veneris, quæ* Disa-blot, *ceterorum etiam Deorum simulacra victimario sangvine illita.* Raud haurgin *inquit auctor noster, simulacra Deorum sangvine illevit. Neque hoc sine veneratione & cultu religioso factum, cum & extra sacrorum cæremonias, ad idolorum suorum conspectum se submisse incurvaverint. Olafs s. ga cap.* 113. hliopu Þeir upp aller oc lutu Þui skrimsli *h. e.* surgentes universi incurvarunt se coram simulacro Thori. Skrimsl *sceleton est, quod corporis alicujus figuram refert, cetera inane & nihili. Ita enim per contemptum vocat, gentilium Deum Thorum. Ipsi autem Deos suos gud & god, h. e. numen, communi nomine, peculiari vero & proprio quemque adpellabant, veluti Thorum, Odinum &c. Quot vero in singulis templis coluerint Deos, quibusque nominibus, difficile dictu est: neque enim summos illos tantum, sed & multos inferiores adorabant. Olaf Tryggvasons Saga:*

Nu fer Hacon Iarl i burt, oc um farin veg kemur han vid Gautland, oc heriar þar: enn han sendir aptr presta þa er Keisari hafdi sendt med honom. Iarlin spyr þa til eins hofs, er i var hundrad guda, oc var þat helgat þor: þangat fer Iarl, oc brytr hofit, enn tekr fiet alt. Han rænir þa vida um landit oc feck mikit fe, oc for till skipa sinna. Ottar Iarl er þa red Gautlandi, bregdur vid skiott, oc fer at Iarli., oc nair honom eigi. þui at Iarl var þà i burtu. Ottar Iarl quedr þa þings, oc gerir Hacon Iarl utlægan, oc skildi han heita vargur i veum, er han hafdi brotit hit æzta hof i Gautlandi. *h. e.* Discessit jam Haquinus Norvegiæ Princeps ab Ottone Cæsare, & in Itinere Vestrogotiam hostiliter invasit. Rescivit autem de templo quodam in quo erant centum Dij, quod consecratum erat Deo Thor. Illuc profectus, opibus direptis templum diruit; lateque actis prædis onustus naves suas repetiit. Ottarus Comes qui Vestrogothiæ tunc præfuit, lectis subito copiis, eum assequi conatus est, sed frustra. In tutiora enim se receperat. Convocatis igitur civibus, Haquinum latronem declaravit, eo nomine, ut prædo & sacrilegus haberi deberet, quod in summa pace & religionis sanctitate supremum in Vestrogothia templum violasset. *De eodem Haquino, alio loco ita eadem Olaf Tryggvasons Saga.* þeir foro til Lada, er hofudbær Iarls var: þar var oc hofut hof, þat er mest var i Noreg; oc var einn vili allra mañа at drepa Iarl, eda brenna han inni. Iarl var þa fyri a Laudum, sem hofutstadr var als rikis hans, oc þar hofdu adur forelldri hans; oc þat et mikla hof, er þar stod, hafdi han eignat utaligum gudum. *h e.* Ladam petebant, curiam Comitis, ubi & præcipuum templum, quod in tota Norvegia maximum fuit. Omnium autem una erat voluntas Comitem occidendi, aut comburendi. Morabatur tunc Comes in Lada, præcipua sede regni sui, uti & soliti erant Parentes ejus; & templum illud maximum, quod ibi erat, innumeris dedicaverat Diis. *Vocabantur hi Dij* Skurþgudar *h. e. Dii sculpti, & fabrefacti ex ligno aliave materia sculptili, sed â Christianis tantum scriptoribus, & in sanctis literis; ad exprobrandam insaniam, quod quos manu ipsi effinxissent, postea ut numina adorarent. Olaf Tryggvasons saga.* Kappin Alpin sat à stoli buin med hinum dirustu pellum oc gulli, oc gimsteinum, þuilikast sem skurþgod vere sett a stol. *h. e.* Sedebat pugil Alpinus in sella, pretiosis ornatus vestibus, auro & gemmis, instar idoli in sella collocati. *Contendebat mecum non ita pridem vir patriæ antiquitatum probè gnarus, sed qui jam ad plures penetravit, dici Skurguder a* skur, *hoc est uranisco vel tegumento capitibus eorum superposito, quod Itali baldachino, nostri himning vocant: idque probare nitebatur ex cap. 3. Olafs Saugu.* þeir skylldu sitia i hasæti skaur herra *&c. quod interpretabatur dominos sub uranisco sedentes. Sed ejusmodi expositionem non admittit textus, qui de Haralldi pulcricomi filiis loquens, sedere ipsos debuisse ait, in sede sublimiore, & quidem uno scanno vel gradu infra patrem regem.* Skaur *gradus est,* hærra *excelsius. Hirdskra.* Skal Iarlsefni setiast á scorina fyri hasæti Kongs.

Kong^s. *h.e. in gradu collocari debet ante regis thronum, candidatus sive Comes renunciandus. Non inficior tectorum prominentia skur dici, etiam antiquis; sed nomen skurgod quod inde deductum volunt, illis ignoratum prorsus fuit, â Christianis postero tempore effictum, ad exprimendum quod in sacris literis toties â Deo interdicitur Sculptile. Olaus Vormius lib. 1. monument. Dan. cap.* 3. Majores nostros duobus potissimum in locis rem divinam fecisse, & idolis suis sacrificasse invenio. Quandoque in delubris & fanis sumptuose satis exstructis, quandoque sub dio, in aris peculiari modo fabricatis: quod evidenter satis edocent rudera adhuc apud nos conspicua. Idola enim sua Skurguder dicta primitus mapaliis & tuguriolis tegebant veteres, præter decorem esse existimantes Deos tectis claudi &c. *Idola Skurguder dici ait, sed an à mapaliis & tuguriolis sic dicta fuerint, non addit. Expreßius Stephanius in notis ad Saxonem Gr. pag.* 134. *ubi de antris, speluncis & cryptis nympharum disseruerat, addit*: quin & antiquitus idola sua inde Skurguder dicta, mapaliis & tuguriolis tegebant. *An prinsquam templa & delubra conderentur, cryptis, antris, lucis & tuguriis Deos suos texerint, nec ne, hic non disputo: Illud sibi sumunt magis quàm probant, neque enim probare possunt, Deos suos inde antiquitus Skurguder vocasse gentiles, & tuguriola illa atque cryptas skur dictas. Skurguder vel ut rectius in Olaf Tryggvasons saugu* Skarþguder, *Dii sunt cælati & sculpti ab* skera, *sculpere.* skurd. *incisio.* Skarþgoda villa, *idololatria, in Olaf Tryggvasons Sagu*, blotvilla, *insania sacrificantium* At þad var blotvilla oc hin servitni er þeir hofdu adr med farit *h.e.* idololatria fuerat & cæca superstitio, cui antea dediti fuerant *Jam de voce horgur pauca etiam notabimus, quâ idolum significari diximus. Halfrodus Vandræda Skald de Olao Trygvason.*

1 2 3 4 8 11
Sva fra ek hitt at hofa
12 16 18 17
Horg-briotur i stad morgum
5 6 7 10 14
Opt kom hrafn þars heiptum
13 15 9
Hlod valkostu blodi. *h.e.*

Sic mihi hoc rescitum est: sæpe venit corvus ad sangvinem, ubi delubris clausorum idolorum destructor (*Olaus*) acervavit iratus cadaverum aggerem, plurimis in locis. *Voluspa*

Hittust Æsir a Ida velli
þeir ed haurg oc hof hatimbrudu.

Quod ita vertit Stephanus Olai:

Conveniebant Asæ in Ida campo
Qui lararia & fana altè exstruxerunt.

Et mox in notis ad istum locum: horgur fanum Deabus deputatum; hof vero Diis. Utrum lararia, & fana Deabus deputata idem sint ipse viderit: Horgur certe non lararia tantum, sed & idola, aras, & alias res sacratas notat. Arngrimus ab Stephanio ad Saxon Gram. pag. 142 *citatus.* Haquinus Iarl simulacrum fæmineâ specie & nomine colebat Horgabrud; quia in Horgaland Norvegiæ quâdam præfecturâ præcipuam adorationem haberet: unde præfectura nomen ab horgis, id est, idolis accepit: & *horgabrudur*, idolorum sponsa. Hanc, inquam, dictus Baro, humi prosusus & projectus colebat variis immolationibus, etiam humanis, ita ut à propriis filiis non abstineret, quin eos Thorgerdæ ut Mo-

locho alteri, ſacrificaret, ut piratis Joms-vikenſibus prævaleret, Norvegiam invadentibus. *Hæc ſine dubio habuit Arngrimus* à Ioms-vikinga Saga, *quam latine ait a ſe verſam. Sed & eadem fere occurrunt in Olaf Tryggvaſons ſaugu.* Litlu ſidar komo Iomſvikingar, um midvetrar ſkeid i Noreg 70. Skipa, annars C. oc bordust þar vid Hacon Iarl, oc Eirik ſon hans, à Hiorungavogi, oc bordust ſuâ diarflega, at ſadæmi voru til i Nordurlondum, at þuilik orosta hafi værit. þeir bordust allan dagin; en Hacon Iarl for ſtundom til landz oc færdi forner godum ſinum, oc veitti þeim akall mikit. Oc a þeim dægi var þo avaxtarlaus hans bæn. Fellu þa marger af hans monnum, en fatt af Iomſvikingum. Oc a odrum dægi þegar i ſolar rod, toko þeir ad beriast, alt til ſol var i ſudri, oc þa for Hacon Iarl til landz, oc het þa à þorgerde Haurgabrudi til ſigurs ſier. Enn adr en vidgengist hans bæn, gaf han henni ſon ſin IX. vetra gamlan: oc þa kom hon til orosta med; oc gerdist ſua ogurleg orosta med hagli, oc þa fellu mikit Iomſvikingar *h.e.* Paucis poſt, circa mediam hyemen, centum ſeptuaginta navibus in Norvegiam appulere piratæ Iomſvikenſes, præliumque cum Haquino Comite & filio ejus Erico, tam acre commiſere, in Hiorunga vogi, ut pauca ſint exempla acrioris in Norvegia initi prælii. Pugnarunt ibi per totum diem: Haquinus vero Comes interdum in terram deſcendit, donaque diis ſuis, inter multas preces, ferebat. Sed iſto die, ſine fructu fuere preces ejus; ceciditque magna pars militum ejus, pauci vero è Iomſvicenſibus. Altera die, rubeſcente aurora, redintegratum eſt prælium, uſque in meridiem. Tum iterum in terram deſcendit Haquinus Comes, & Thorgerdam Horgabrud invocavit, pro victoria. Sed priuſquam exaudirentur preces ejus, filium ſuum novennem ipſi obtulit. Tum demum prælio intereſſe voluit Thorgerda; quod decidente grandine, horrendum in modum miſcebatur, Iomſvikenſibus acervatim cadentibus. *Thorgerdam iſtam ideo haurgabrud dictam ſatis adparet, quod idolorum cultui admodum intenta fuerit, tamque aſſiduo illis adhæſerit ut ſponſo ſponſa. Fuiſſe autem antiſtitem vel pythiam, nullum eſt dubium, qualis fuit Kolfroſta, in Herrauds ſaugu, eamq; poſtea pro numine adoratam. Guilhelmus Somnerus Cantuarienſis in Dictionario Saxonico-Latino-Anglico:* Hærg, lupercal: a place dedicated to the god Pan. *item* Sacellum, a little temple. *Idem Gulhielmus:* Heargeut hærg. *Item*, fanum, ara. a temple or churck, an altar. Alexandres hearge h. e. aræ Alexandri. *Item* lucus, a grove. hearh, hearhge *idem. Olaus Vormius in Additamentis ad Monumenta Danica pag. 24. lapidem exhibet hac inſcriptione:* Tufa riſdi ſtin denſi iſtir Tuſta ſun ſin, hirgn trug. *ubi pro* hirgn *in expoſitione* herda gudan *ſubſtituendum putat, & ſic latine vertit.* Tufa lapidem hunc poſuit Tuſtæ filio

suo, Diis fido. *Non male quidem: hirgin tamen in* herda gudan *mutare opus non fuit: Cum* hirgin *&* haurgin *idem sint. Nobiliss: Dn. Stiernhielm horgur ab ipsis orgiis deductum, aut illis valde affine esse existimat, accipique pro ipsis sacris & sacrorum cæremoniis.*

Drap þor Starkaþ) *Quæ de gigantum domitore Jove latina tradit Mythologia, eadem, si non majora, fulminanti suo Thoroni, quondam tribuit septentrio: quem immensi roboris cingulo, manibusque ferreis, & malleo armatum tradidit, quibus gigantes immanes comminueret. Legi de his poterit Edda. sed & ex Olai Trygg. Saga, ea adscribere placuit, quæ ipse Thoro, vel potius ejus specie dæmon quispiam Olao Tryggvasonio retulit:* þad bar ſk at einhuorio ſinni, er Olafur Kongr ſigldi fyri land fram, à Orminum langa; oc ſat Kongr vit ſtiorn: þa Kallar madr à ſkipit ut, er ſtod à hamri einum, oc bad Kong hafa til litilæti at veita honom far. Oc er Kongr heyrdi þetta, þa let han reña ſkipit þangat ſem madrin ſtod; oc ſteig han à ſkipit ut, oc giordi mikit um ſic, oc mælti til Kongs manna morg hædelig ord, oc ſyndi a ſier mikit gaman. Sia madr var frijdur ſionum, oc hafdi rautt ſkiegg: han lo at audrum, oc adrir at honom; oc veitti morgum ſtor ord med ymſum hætti. þeir ſpurdu ef han kunni nockut at ſeya fra þeim lutum, er tiþindi væri i; oc fyri laungu hafdu gersk? han quadſt marga luti vita, þui at þier munut eingis þeſſ ſpyria, er ek kunna eig urlauſn til. Nu ſaugdu þeir Konungi þetta, oc monnum: herra, ſia madr kann ſeya morg tidindi oc ſidan leiddu þeir han fyri Kong; oc ſpurdi Kongr huad han kynni ſeya? Herra, land þetta er vier ſiglum fyri, er byggt fordum af Riſum nokrum: enn þat barſc at, at þeir Riſarner feingo nockorn brad daud, oc do þar ſua, at eigi var fleira eptir, enn konur tuær. Sidan giordiſt þat, at men toko at byggia land þetta, þeir er menſkir varo. or auſtur halſu heimſins: þeſſar hino miklo kono: þa veitto monnum mikin yfirgang, oc þrongdo þeirra radi à marga vega. Oc þa toko menn þat til radz, herra, at heita à þetta hid rauda ſkiegg, til fulltingis ſier: oc þegar jamſkiott tok ek hamar or ſeik mier, oc lauſt ec þær til bana. Oc er han hafdi þat ſagt, þa leipur hann af ſaxino oc aptr um ſtafn, at aullum aſiaandi, oc ſialfr Kongr ſa glogt þetina atburd, er han beigdi i ſioin, oc huarf ſua fra augum þeirra. *h. e.* Navi, cui nomen Draco longus, vehebatur aliquando Rex Olaus, non procul â litore; ipseque gubernaculum tenebat. Et inclamantis cujuſpiam, vecturamque demiſſe petentis vocem non adſpernatus, ad litus flexit, virumque in navem recepit. geſtus huic non abjecti; nec deformis facies, & barba rubra: In promptu etiam homini pungentes & acuti joci in miniſtros regios, verbaque magnifica & multivaria, mutuum riſum cientia. Rogatus an aliquid eorum ſciret, quæ priſco tempore evenerant, relatu digna? Nihil me, inquit, interrogabitis, cujus prom-

ptam non habebitis solutionem. Recognita, adductum rex interrogat, quid memorabile referre posset? terra hæc inquit, quam prætemavigamus, à gigantibus quibusdam inhabitata quondam fuit: ipsis autem repentina quadam morte sublatis, solæ superfuere, ex eorum genere, mulieres duæ. Accessere huc postea ex orientalibus plagis, homines nostræ staturæ; quibus cum plurima inferrent damna giganteæ istæ mulieres, consilii inopes, rubram hanc invocare cœperunt barbam, auxilii impetrandi causa. Et continuo prolatum ex sinu evibravi malleum meum, necemque infamibus mulieribus intuli. Hoc dicto, in mare se ex puppi præcipitavit, disparuitque, rege, ceterisque omnibus adspicientibus. *Nec gigantes tantum, qui jam superesse desierunt, sed & Dæmones Thoronis malleo (fulmine) conteri, stulta & pertinax vulgi est persuasio. Inde cum rupes, saxa, domus, antra, aut hujusmodi alia fulmine tanguntur, dæmones latibula ibi quærentes â Thorone indagatos, necatosque arbitrantur. Hinc non improvida, ut putant, cautio, ne Thorone fulminante, densam arborem, aliudve quod imbrem arcere possit, foris constituti subeant, malintque sub dio densum ac præcipitem excipere nimbum, quam caput subducendo pluviæ, dæmonum periculis misceri.*

Bolmur) *Lacus est in Smalandia, sic dictus, interritorio Vesbo. In medio istius lacus insula est bolmur vel Bolmsô, quæ integram parœciam continet, nomine* Song, *& complectitur in longitudine, milliare Gothicum, in Latitudine vero dimidium milliare, & duos lacus minores sed piscosos satis. Hanc insulam, sine dubio, designat Adamus Bremensis in chorographia Scandiæ, in descriptione Scaniæ.* Quapropter multos adhuc populos, idolorum cultui deditos, vir ille *(Egino)* Christo lucratus est, illos præsertim barbaros, qui Pleichani (*Blekingenses*) dicuntur, & qui in Hulmo insula degunt. *Pro Hulmo lege Bulmo, paternam ditionem filiorum Andgrimi.*

Berserkur) *Quales fuerint isti berserki, judicari facile potest ex Andgrimi filiis, qui in auctore nostro cap. 3. 4. 5. describuntur. Vide Saxon. Gram. pag. 123. & Gretlam cap. 17. ubi* athlaupsmenn, oëirdarmeñ, ransmenn, holmgaungumen, ospectar menn *dicuntur, h. e. viri facinorosi, robusti & bonorum paci graves: quibus iratis vel furore percitis, ita intendebantur vires in luctam, pugnas & cædes, ut postea debiles & langvidi fierent. Dicuntur autem berserki, quod brynio-lauser, h. e. sine lorica fuerint, vel â* berias & yrkia *q. bersyrker; quod semper ad pugnas prompti fuerint. Talem furorem induere vocabant veteres* ad hamast *h. e. aliam formam scil. furoris induere.* Hamramur, *qui novum robur induit.* Hambleypur, *qui in aliam formam se mutat. Thorsteins Saga. vide infra in voce berserks-gangur.*

ÞEſſu ſamtiida komu auſtan Aſiæ n eñ oc Tirkiar, oc bigdu Nordur-laund. Odin formadr þeirra atti marga ſonu: urdu þeir aller mikler menn, oc riker. Eirn hans ſon hiet Sigurlami: honom fieck Odin Gardarike, giordeſt han þar Hofdinge yfer: han var manna frijdaſtr ſynum; han atti Heidi dotter Gylfa: þau attu ſon ſaman ſa hiet Svafurlami. Sigurlami fiell i oroſto, er han bardeſt vid Jotna Þiaſſa. Nu er Suafurlami ſpurdi fall faudur ſins, tok han under ſig Rijke þad alt til forrada, er fader hans hafde att, oc vard rijkr madr. Þad barſt ad eirn tima ad Svafurlami reid à veidar, oc ſokti hiort eirn leinge, oc nade ey a ollum deije, firr enn a ſolar falli. Han var þà riden ſo langt i Skogen, ad han viſſe varla huad heim var. Berg nokud var à hægre hond honom; þà ſa han herduerga tuo: han bra ſverdi vidur þà, oc veiddi þa utan ſteins. Þeir bidia fiorlauſnar; eñ han ſpyr þa ad nafni: oc nefniſt annar Dyren, enn annar Dualen. Han viſſi ad þeir voru allra duerga hagaſter, oc leggur þà à þà, ad þeir giore honum Sverd ſem beſt kunna þeir. Þar ſkulu hiolt af gulli oc ſuo medal-kafli, bua oc umgiord oc fetla af gulli: han leigir ad Sverdid ſkall alldrey bila; oc alldrey vid ridi taka; bijta jafnt jarn oc ſteina ſem

VId thenna tijden kom̃e the Aſianer och [illegible]kar / öſtan ifrån / och ſatte ſig nider här i Norlanden. Theras förmann Odin åtte många ſöner / the thär bleſwe ſtore och mäktige männ. En hans ſon het Sigurlami; honom gaf Odin Gårdarike [Ryßland] och wardt han Höfdinge thär öfwer. Han war en mycket wacker mann till anſeande; och åtte Kong Gylfes dotter i Swerige / Heidi wid nampn / till huſtru. Theras ſon het Swafurlami. Sigurlami föll i krig / när han ſlogs med then Jätten Thiaſſe. När Swafurlami ſporde ſins faders fall / tog han under ſig thet rijke / att råda öfwer / ſom hans fader hade ått / och blef en mäktig mann. Thet hände en gång att Swafurlami red på jagt / och ſökte länge efter en hiort / och kunde hela dagen icke nå honom förr än i ſolabärgningen: och war han tå ſå longt kommen i ſkogen / att han nepligen wiſte hwart hem war. Ett bärg war honom på högra handen / och thär ſåg han twenne Dwergar; han drog ut Swerdet emot them / och rände them uthan för barget. The tillbödde att löſa ſitt liff, och han ſporde hwad the hete: och kallades then ena Dyren / och then andra Dwalen. Han wiſte att the wore the konſtigaſte och ſlögaſte af alla Dwergar / och therföre lade han them thet vppå / att the ſkulle ſmida honom ett Swerd thet bäſta the kunde. Och ſkulle fäſtet wara af gull / och handkaflen / ſå wel ſom balian och fäſtebandet. Han lade och thet till / att Swerdet alldrig ſkulle ſlå felt / och alldrig råſtas; och bijta äfwen ſå

klæde; oc silge figur i orostom oc einvigom, huoriom er ber. Þetta voro fiorlausner Þeirra. A stefnu-deye komu Þeir: feingu Duergar honom Þà sverdid: enn er Dualin stod i Dyrunum, Þà mælti han: Suerd Þitt Þà verdi mans bani huort sinn er brugdid er; oc med Þui sieo unnen Þriu nijdings-verk hin mestu: Þad verdi oc Þinn bani. Þà hoggur Suafurlami sverdinu til Duergann, oc fal eggteinana i steininum. Suafurlami atti Þetta suerd oc kalladi Tirfing: bar han Þad i orostom oc einvigum. Han fellde Þiassa Iotun i einvige, oc tok dotter hans er het Frydur: Þau atto dotter er Eyvor het, kuenna vænst oc vitrust.

wel på Järn och Sten som Klåde:och wara segersampt i krig och enwigzkamp/ för then som thet bore:och thår med skulle the lösa sitt lijf. På stemnodagen komme Duergarna/ och finge honom Swerdet. Och när Dwalin stod i dören/ sade han: Titt Swerd skall warda mans bane så ofta thet drages ur slijden; och ther med skola begås tre the största nidingz-werk: thet skall och blifwa thin bane. Tå högg Swafurlami efter Duergarna/ så at ståläggen gick in i stenen. Swafurlami åtte thetta Swerd/ och kallade thet Tirfing: och bar han thet i krig och enwigz kampō/ och fälte thår med then Jätten Thiasse/ och tog hans dotter Fridur: The åtte en dotter som kallades Eywor/then thår war mycket Deyelig och wijs.

CAP. II.

KOmo Austan) *Austan, ex oriente. austr, in orienteni. Intelligitur autē utrisq; Asia. Inscriptio rupis Stækensis, parœciæ Næs, in Uplandia.* ᛁᛋᚴᛁᚱᚢᚾ. ᚼᛆᚱᚦᛁᛆ. ᛑᚮᛏᛏᛁᛆ. ᛚᛁᛏ. ᚱᛁᛋᛏᛁ. ᚱᚢᚾᛆ. ᛆᛏᛁ. ᛋᛁᛆᛚᚠᛆ. ᚼᚢᚾ. ᚢᛁᛚ. ᛆᚢᛋᛏᛆ. ᚠᛆᚱᛆ. ᛆᚢᚴ. ᚢᛏ. ᛏᛁᛚ. ᛁᚢᚱᛋᛆᛚᛆ. ᚠᛆᛁᚱ. ᚱᛁᛋᛏᛁ. ᚱᚢᚾᛆ. Jskirun Hardir dottir/ lit rista runar ati sialfa: hun wil austr fara/ auk ut til Jursala. Fair risti runer. *h. e.* Iskiruna Hardi filia, incidi fecit runas sibi ipsi. Ipsa vult in Orientem proficisci, & Hierosolymam. Fairus incidit runas.

Þessu samtijd a komo austan Asiæ menn oc Tirkiar) *Præcipuus hic est character temporum supputandorum, in veteris ævi historia septentrionalium populorum. Ultimæ nempe immigrationis populorum Asiaticorum & Turcarum, quæ viginti quatvor aut triginta circiter annos natalem Christi præcessit. Non horum inquam Turcarum, qui imperium Musulmano-Turcicum condiderunt, & hodie Turcæ vocantur, sed eorum puto, qui Melæ & Plinio in Scythia Asiatica memorantur. Nisi & hos ab illis prodiisse dicamus, contra quam sentit Leunclavius in eorum historia. Inter Odinum autem, cujus ductu & auspicio hæc migratio suscepta est, & Haraldum Pulcricomum Norvegiæ Monarchā, viginti quatvor numerantur reges, in serie genealogica Langfedgatal, quorum viginti unus hic in Sveonia rerum potiti sunt. Maternum etiam genus ad Odinum referebat idem Haralldus, per viginti*

ginti novem generationes Principum Daniæ, intercalatis alicubi fæminis. Prior autem series defectum aliquem subindicat, his verbis, post Ingvar Frei; hier vantar: *h. e.* hic deest. *Posse autem defectum istum suppleri existimo ex seriè regum Paganorum in Sveonia, quam exhibet Liber vetus documentorum Ecclesiæ Upsalensis pag. 276.* Hi fuerunt reges Pagani in Svecia: Rex Inge, quem primum Sveciæ Monarchiam rexisse plurimi adstruunt, genuit Neroch: qui genuit Froij. Hos ambos tota illorum posteritas ut Deos venerati sunt. Froir vero genuit Fiolm, qui in dolio medonis demersus est, cujus filius Suærkir &c. *Neroch iste sine dubio is est, quem Johannes Magnus Nearchum appellat. ar enim & ro, in MSS. eàdem abbreviatione notantur. Sed utrum Neroch an Nearch rectius sit, nescio. A Snorrone etiam inferitur Svegder. Quo tempore Norvegiæ regnum inierit Haralldus ex Langfedgatolu perspicuum est.* Haralldur var fyrstur Einvallds Kongur yfer Norege, þà lidit var fra holdgan guds sonar DCCC. oc LX. ara; à fyrsta are solar alldar, enn â sexta are tungls aldar; enn af uphafe gomlu alldar CCLI. *h. e.* Haralldus primus fuit Norvegiæ Monarcha (*antecessores ejus reguli & Principes*) Anno DCCCLX post incarnationem filii Dei, primo anno cycli solaris, & sexto cycli lunaris; CCLI vero anno cycli magni Pascalis. *In ultimo mendum esse, & pro 251. rescribendum 253. monuit Clariss. Dn. Celsius. Ergo inter Christi natalem, & initia imperii Haralldi Pulcricomi octingenta sexaginta anni intercesserunt. Haralldi autem æqualis fuit Ericus Emundi filius Rex Sveoniæ, ut ait auctor noster infra, & S. Olafs. Saga. cap. 15.* þa er Haralldr Kongr harfagr hofs til rikis i Noregi, var Eirikr Konungr En undar son at Upsolum i Sviþiod. han andadist, þà er Haralldr Kongr var nær tuitugr. Epter þad var Konungr i Sviþiod Biorn son hans. *h. e,* Cum Haralldus pulcricomus Regnum Norvegiæ inijt, Upsalæ in Sveonia rerum potiebatur Ericus Emundi filius, qui decessit vigesimo anno ætatis Haralldi; eum excepit filius ejus Biorno. *Per totum hoc temporis spatium, quod fuit inter Ericum Emundi filium & Christi natalem, sive, quod idem est, inter Ericum & Odinum, sequentes in Sveonia exhibet reges Lang-fedgatal in ættarboga* h. e. *linea genealogica:*

Oþin.
Niordur i Noatunum.
Yngvi Freyr.
hier vantar *h. e.* de-est.
Fiolner.
Vanland.
Visbur.
Domalldr.
Domar.
Dyggve.
Eigill tunna dolgur.
Ottar Vendilkraka
Aþils at Upsolum.
Eystein.
Yngvar.
Braut-Aunundur.
Dagur.
Aune Skiafarboande
Alrekur.
Yngvi
Jorundur.
Aun hin gamle.
Ingialldur.

Ragnar

Ragnar Lodbrok.
Biorn Iarnſida.
Eirekur Biarnarſon.
Eirekur Refilſson.
Emundur (Anundur,)
Eirekur Emundarſon.

Inter Ingonem & Jorundum Snorro inter ponit Hugleik, nec in ordine ſatis convenit cum ſuperiori. Regum autem Danicorum hanc in Lang-fedgatolu ſeriem exhibet onnur ættartala:

Odin
Skiolldur hans Son
Fridleifur hans Son.
Fridfrode h. S.
Fridleifur h. S.
Havar handrame h. S.
Frode h. S.
Vermundr h. S.
Olafur. Litillatur h. S.
Danur Mikallatur h. S.
Frode Fridſame h. S.
Fridleifur.
Frode hin-Frækne.
Ingialldur Starkadar-foſtre
Halfdan Broder hans.
Helge Hroar h. S.
Hrolfur Krake Helga Son.
Hrærekur Hnoggver.
Bauge (*Ringo*) Ingialds-ſon.
Hræfrode h. Son.
Halfdan h. S.
Hrærekur Slaungvanbauge h. S.
Haralldur Hildetann.
Sigurdur Ring.
Ragnar Lodbrok.
Sigurdur Orm i auga
Gorm Hin-gamle.

Ex hac Lang-fedgatolu, uti & Skalldorum carminibus, eorumque expoſitione, fatetur Snorro in præfatione ſe res geſtas Inglingorum h. e. Sveoniæ & Norvegiæ regum, ab Odini temporibus, ad Haralldum uſque pulchricomum contexuiſſe. E documentis ſcilicet ſatis certis, & exploratis. Quia enim magni æſtimabant ſeptentrionis reges Odini ſe poſteros cenſeri, magnâ curâ & ſolicitudine generis ſui rivos indagarunt, & poſteritatis memoriæ conſecrarunt. Olafs. S. cap. 91. Upſala ætt er tignuſt à Nordurlaundum, þui ad ſu er komin fra gudunum ſialfum. *h. e.* Stirps regia Upſalenſis toto ſeptentrione illuſtriſſima eſt, utpore quæ ab ipſis Diis originem duxit. *Eodem capite.* Gudin hafdu leingi haft rækt à ættmonnū ſinum *h. e.* Dijs curæ fuerant reges (*Upſalenſes*,) progenies ipſorum. *Inter Scalldos quorū teſtimonio uſus eſt Snorro in regum ſerie, & rebus geſtis recenſendis, eminuerunt Thiodulfus Hvinenſis, & Evindus Scalldaſpillir. Ille Haralldi Pulcricomi poëta, Ragnvalldi regis genus ab Ingvaro uſque Frei carmine complexus eſt, quod Inglingatal inſcripſit. Evindus autem Skalldaſpillir Haquini Divitis genus pari carmine, ab Semingo uſque recenſuit, vocavitque Haleigatal. Ex his etiam fontibus ſua hauſit auctor Olafs Saugu, Snorrone longe antiquior, ut ipſemet de ſe fatetur in præfatione.* Rita hæfi eg latit fra uphafi æfi Konunga þeirra er riki hafa haft à Nordurlondum, oc à danſka tungo hafa mælt, ſua oc nockorar kynſlodær þeirra: epter þui ſem ver hofum nummit af frodum monnum; oc enn er ſagt i fornquædum, eda i langfedgatolu ſins, þar er Konungar hafa tekit ætter ſinnar. Þiodulfur enn frodi ſkalld, er ſumer kalla en hvinverſka, orti quædi um Rognvalld Konung, ſon Olafs Kongs af Veſtfolld. Olafur var brodr Halfdanar Svar-

Svarta, fader Haralld s ens harfagra. I þui kuedi ero uptalldir xxx. langfedga Rognvalds, sogd nofn þeirra, oc sua fra dauda huers þeirra; oc er talit alt til Inguar Freiis, er heidner meñ kolludu Gud sin. Annat kuedi orti Evindr Skalldaspillr um Hacon Iarl en rika, Sigurdar son, oc taldi hans langfedgar til Semings; er sogt er at veri Ingvar Freijs son, sonar Niardar, *h. e.* A principio descripsi eorum regum ætates, qui in septentrione imperarunt, & Danica lingvâ usi sunt, cum aliquibus ipsorum genealogiis, prout â viris doctis & sapientibus didici: & ut traditur in antiquis carminibus, atq; ut in majorum genealogiis reperitur, unde genus suum reges discernere soliti sunt. Thiodolfus sapiens, & poëta quem alii vocant Hvinensem, carmen condidit de Rognvaldo rege, filio Olai Regis Vestfolldiæ, qui erat frater Haldani Nigri, patris Haraldi pulcricomi: In eo carmine recensentur triginta majores Ragnvalldi, suo quisque nomine & fato. Repetiturque series ipsorum jam inde ab Ingone Frey, quem ethnici pro Deo habuerunt. Aliud carmen composuit Evindus Skalldaspiller, de Comite Haquino divite, Sigurdi filio, ejusque majores usque ad Semingum recensuit, qui habitus est filius Ingonis Freii, & nepos Niordi. *In versione Danica Snorronis â Vormio editæ, mendum est: ubi pro* til Semings, *ad Semingum, legitur:* han upregnede alle hans forfädre for Hakon Semingson/ *nullo sensu. Hic Semingus magnæ inter Sveonas fuit auctoritatis, ab eoq; territorium Uplandiæ Seminghundradzherad nomen traxit. Causam, proinde non habuit Olatus Vormius, in præfatione editionis suæ, cur Snorronis prima, quæ de Sueoniæ Regibus agunt, in dubium vocaret, tanquam vix credibilia; quæ itidem de Daniæ Regibus memorantur, ut secure & negligenter scripta; atque â Danicorum scriptorum monumentis longius recedentia; traduceret. Sed agnoscimus facile unde hæ lacrymæ: videbat enim si Snorronis hæc sine exceptione admitterentur, non parum periculi Saxoni suo Grammatico imminere. Cum enim ex his, Evindo inquam, Thiodolfo, Lang-fedgatolu, & Snorrone, triginta circiter successiones regum inter Haralldum pulcricomum & Odinũ rectè colligantur, duplum fere numerum, hoc seculorum decursu, in Dania facit Saxo. A Dano enim primo quinquagesimus octavus est Gormo, qui Haralldi tempora attingit. A Dano itidem, tertius est Saxoni Schiolldus, filius Odini, ut ex Lang-fedgatolo; Edda & aliis documentis probari potest: â quo Daniæ reges se Schiolldungar dici voluerunt: quamvis id nominis â Schiolld h. e. clypeo deductum putet Arngrimus. Inter Lotherum proinde & Schiolldum nominandus fuit Odinus, quamvis ejus mentionem sub Hadingo primum faciat Saxo; qui quartus est â Schiolldo: Deinde ejus meminit, uti & filii ejus Ballderi, in vita Hotheri regis, qui septimus fuit ab Hadingo, & undecimus â Schiolldo, victorque bellum gessit cum Baldero, Odino; & ceteris Asis. Ad hunc ictum excipiendum Saxo ipsemet sibi scutum providit: Schiolldum non Odini, sed Lotheri filium faciens. Neque enim uspiam fatetur Daniæ reges ab Odino descendisse. De hoc porro, tanquam certissimo, haud amplius solicitus, Christi natalem, qui in Odini temporaincidebat, sub Frothone tertio constituit, qui ab Dano est vigesimus quartus, & â Schiolldo Odini filio, vigesimus primus: ut in tanto intervallo, facultas non deesset dige-*

rendis temporibus, pro cujusque regis imperio. Nulla equidem mihi est libido auctoris istius insectandi: sed tamen ubi hallucinatus est, vel volens erravit, id mihi crimini non fuerit indicasse. Et si, in gratiam ejus, admittendum, omnes illos qui inter Schiolldum & Gormonem recensentur, fuisse reges, qui numerum illum longe excedunt, qui ex Lang-fedgatolu, Thiodolfi Hvinensis & Evindi Skalldaspilleri carminibus probari potest, necesse est non paucos illorum Letrensium regum fuisse vasallos, qui & ipsi Fylkis-Kongar, Skatte-Kongar, Siô-Kongar *dicebantur: Qui quoniam continuæ fere piraticæ incumbebant, celebrioremque in historiis antiquis post se relinquebant memoriam quam ceteri, eos in regum Letrensium seriem adscitos ab Saxone, veri simile est; & ex illis non minus quam Letrensibus regum successionem contextam, licet sub eorum imperio & simul cum ipsis vixerint. Potuisset interim his, in historia, pro meritis, locus satis illustris esse; sed tamen extra illorum ordinem, ne series succedentium & temporis ratio turbaretur. Cum autem Danus, qui genti & regno nomen dedit, proximo ante Odinum, vel quod idem valet, ante Christum natum, seculo regnaverit, quid Saxoni in mentem venerit, ut Christi natalem in Frothonis Tertii tempora conijceret, non video: nisi deceptus fuerit nomine Freij vel frodi, & pro Ingvar Freij, qui Christi natalem prope contingebat, quemque Sveones pro Deo coluisse ait Olafs saga, sacrificiumque ejus ipsemet Saxo in vita Hadingi Frôblot appellat, Frothonem Danum, & quidem ejus nominis tertium, cujus late patens imperium fuit, intellexerit. Hic tamen error, uti & Longobardorum egressus sub rege Snio collocatus, posteriores scriptores in fraudem induxit, ut magnum in historia Danica hiatum esse existimarent, puresque reges & regum gesta desiderarent. Queritur hoc Cranzius, Hvitfelldius in hist. Harralldi 4. pag. 27. Claudius Lyscander, Vellejus, Meursius. Lyscander autem novis creatis regibus, defectum illum supplere conatus est; (in genealog. reg. Dan:) Quos merito e regum censu ejecit Pontanus, lib. 1. hist. Dan. pag. 37. An vero Cranzii & ceterorum querelis, suis ibi allatis rationibus satis-fecerit, alii viderint. Ceterum reducto, ut oportet, Christi natali, ad Odini tempora, tot habebunt apud Saxonem reges, pro istius temporis ratione, ut de defectu queri non habeant necessum. An vero ipsa regum series recte se ibi habeat, parum solicitus sum. Cranzii querela motus Johannes Magnus lib. 8. cap. 16. æque ut Lyscander providere voluit, ne aliqua in nostra historia lacuna deprehenderetur, regibus non paucis recensitis, quorum apud alios nulla mentio. Illaudata profecto industria, & pessimi apud posteritatem meriti; dubia vel ficta â genuinis hoc pacto vix discernentem. Nam ut fuerint quidam ex illis reges vel principes illustres, an eo tempore, numero & ordine sibi successerint, admodum est lubricum statuere. Longe præstat inopiam fateri, quam fucatas opes ostentare. De regibus illis ita D. Loccenius: Hos omnes Ericus Upsalensis & alii veteres non agnoscunt, & tamen tanto*

temp-

temporis intervallo, nimirum 343. *circiter, annis oportuit fuisse reges. Sed non solus Johannes Magnus & Lyscander hoc ausi. Quot reges enixus est Annius Viterbiensis, in suppostitiis â se editis auctoribus, qui lucem nunquam viderunt, ne dum ut imperarent. Paria Urpini Hunniballdi, Aventini, & hujusmodi aliorum commenta merito reiiciuntur.*

Oþin formadur þeirra) *De ipso vide Eddam, Snorronem, Adamum Bremensem, Saxonem, Cranzium, Johannem & Olaum Magnum, Stephanii notas ad Saxonem, Vormium.*

Atti marga sonu) *Qui & quot illi fuerint, difficile est discernere. Nam cum in omnibus fere, quæ extant, antiquitatis nostræ monumentis confundantur As, sive Odinus priscus & alter ille immigrationis Asiaticæ princeps, ut monui in notis ad Gautreks Saga pag.* 40. *utrorumque etiam filios confundi certum est. Prior ille non hominum tantum sed & Deorum omnium pater credebatur, uti ex Edda videre est; alter etiam, sed longo post tempore hic in septentrione, in Deorum collegium allectus est; dictusque Odinus. Quo autem nomine antea in Asia præcipuè sit compellatus, sciri vix potest, cum longe plurimis sit usus, quæ in notis ad Gautreks saugu pag.* 48 *una cum impositionis ratione, ex Edda adduxi: Nam illud,* As, *non huic,* sed prisco *illi competebat, quod tamen hic postea sibi arrogavit.* Odini *autem nomen velut ipsi peculiare celebravit septentrio; Niordi vero appellationem ipsi nunquam tribuit, ut falsò asserit prologus Eddæ, â Consultiss. Dn. Resenio editæ. Maximam enim prologi istius partem, utpote adulterinam & â sciolo quopiam ex mythologiâ græca & latina consutam non agnoscit genuina Edda Snorronis. Ita autem nothus hic prologus.* Þar þotti Odin godir landkoster, oc kaus ser þar borgarstad sem nu heitir Sigtun (þad var af hans nafne, oc gaf sier Kongdom, oc kalladist siidan Niordur) oc þui finst skrifad i frædi bokum, ad Niordur hafe heitid hin fyrsti Svia-Kongur. Er þad til þess ad Oden hefur verit þar gotgastur. *hæc ita versa sunt:* terram hanc Odinus floridam esse & fertilem animadvertit: ergo locum illic civitati exstruendæ elegit, ubi nunc de ejus nomine Sigtun vocatur, regiaque gaudens dignitate Niordum se nominavit. Idcirco in annalibus veterum invenitur primum regem Svecorum Niordum dictum esse, quod Odinus illic Rex fuerit magnificentissimus *Hæc cum aperte falsa esse interpres agnosceret, de suo addit, quæ in textu non habentur:* quamvis ante illum ad regni istius gubernacula aliquot sederint. *Item:* parenthesi inclusa non leguntur in Codice regio, *ait Consultiss. Dn. Resenius. Nihil interest, dummodo quæ sequuntur legantur, quæ idem adstruunt & perinde falsa sunt. Nunquam enim Odinus dictus Niordur, nec primus Sveoniæ Rex fuit. Snorronis autem textus genuinus hoc tantum habet.* Þar þotti Odin fagrir vellir, oc landzkostur godur, oc kaus ser þar borgarstad, sem nu heitir Sigtun. *h. e.* Odinus amænum & fertilem hic tractum terræ animadvertens, locum civitati elegit, quam

vocavit Sigtun. *Hæc, & quæ sequuntur, genuina Snorronis verba, Stephanius, in notis ad Saxon. pag. 136. utut mendis typographicis deformata exhibet. quibus interpretationem alterius istius nothi & interpolati textus adjungit. Ego cum notas istas primum legi, indignabar non parum, virum doctum, nominis sui tam securum, ut non vereretur aperte fucum facere. Sed animadverti postea, alterius hic eum industriâ usum fuisse, qui malum textum pejus etiam depravavit. Nam cum in Gothico legatur*, þad var af hans nafne, *h. e.* de suo nomine, *& hoc quidem recte; ille substituit*, de *fili sui nomine. Sed ad institutum revertamur. Odini filii viginti sex recensentur in literis Arngrimi ad Stephanium pag.* 142. *notarum in Saxon. insertis. Balldur, Meile, Vidar, Nefur, Vale, Ale, þor, Hildulfur, Hermodur, Sigge, Skiolldur, Asabragur, Olldner, Itrekur, Heimdallur, Semingur, Hauddur, Brage, Ennilangin, Eindreide, Biorn, Hlodide, Hardveor, Sonnungur, Vingeþor & Rynur. Enumerantur hi etiam in dictionario Eddico Resenii. Sed in Langfedgatolu viginti tantum habentur: þor, Hlorida, Ale, Hrugnir, Eindride, Semingr, Biorn, Mele eda Mole, Oddlame, Balldur, Skiolldur, Vikar, Vale, Asabragur, Hermodur, Haudur, Hardur, Rimur eda Rinur, Svifdagur, Niorve. Edda, Odini adventum in septentrionem memorans, sex tantum filios ejus recenset, & forte plures non fuerunt legitimi ejus filij. Vedreg, Belldeyg sive Balldur, Sigi, Skiolld, Seming, & Yngvi. Postea autem in Gylfaginning plures enumerat, sed satis adparet, non hujus illos, sed Odini prisci sive Asiatici filios fuisse. Inter enumeratos autem Sigurlami non comparet, & auctori tantum nostro nominis sui memoriam debet. Nisi idem sit, qui nominis quadam adfinitate in langfegatolu dicitur Oddlame h. e. mucronum hebetator. Monui etiam alibi, Odini nepotes & posteros, filios ejus dici. Uti & principes illustres, qui in acie ceciderunt, apud inferos einheriar vocantur, ab Odini nomine* Herian.

Gardarike) *Vide notas ad Gautreks Saga, pag.* 96.

Herduerga) Duergorum *nomine appellati sunt nani & pygmæi; de quibus Plin. lib.* 4. *cap.* 11. *& lib.* 7. *cap.* 3. *&* 16. *Iuvenal Satyr.* 13. *Gell. lib* 9. *cap.* 4. araneï *item* Duergar *vocantur. & tela araneæ* Duergznát. *Edda & Voluspa, quæ antiquam Septentrionalium physiologiam continent, de* Duergis *abstrusa nonnulla habent, quæ ibi legi possunt. Merentur & legi notæ Gudmundi Andreæ Islandi in Voluspa, ubi inter alia, non vulgaria,* Duergar *q.* θεῦ ἔργον *interpretatur, exponitque per qualitates, actus & effectus divinos. In antiquis historiis, uti & in hac nostra, per* duergar & herduergar *intelliguntur semidæmones, montium inhabitatores, qui arma nullà vi vel fraude violabilia fabricasse crediti sunt.*

Veiddi I à utan steins) *Montes & rupes dæmonibus,* Bergstroll, *inhabitari, veteribus Scandianis & olim persvasum, & hodie multis creditum; neque id tantum; sed & homines illuc â dæmonibus interceptos recipi; nec incommode illic haberi: nunquam tamen inde egressuros, si aliquid ibi gustaverint. Quæ opinio cum vulgi animis ita infixa quondam fuerit, ut ne nunc quidem satis evulsa sit, vanitatis argui scriptores veteres non debent, quod res ejusmodi, vulgari sensu scriptis suis inseruerint. Libet huc arcessere verba Clariss. Dn. Bryniulfi Svenonis, quæ ad Saxonis fidem liberandam, in notis ad Hadingi vitam pag.* 55. *citavit Stephanius.* Equidem Saxonem ab antiquâ hominum

minum septentrionalium opinione nihil alienum referre, tam certo scio, quàm nunc serenare; qui à multis accepi, persvasum fuisse, ut spectrum confidenter insecuto, saxa, tumuli, parietes, pervia pateant; tantum caveat modo, ne respectet. Sic enim hærere aquam, & omnia in pristinum statum reduci manente qui insecutus fuerat, illic loci ubi respectarat. Fides penes auctores esto. Nobis satis est Saxonis fidem liberasse. *Hominibus scilicet simplicibus, & veras rerum causas non indagantibus, præstigias & illusiones dæmonum imposuisse, haud est mirum, ut fieri revera existimarent, quæ per naturam fieri non poterant.*

Þeir giordu honom sverd) *Armorum acumen dæmonum arte obtundi posse, experimenta eorum monstravere qui eâ utuntur, quos & nostra atas vidit. A duergis vero fabricata arma istâ arte non posse hebetari veteribus persuasum. Eam ob causam Vadi Risi, filium suum Velent, duobus duergis, in fabrili arte erudiendum tradidit, numeratâ, loco didactri marca auri; qui deinde omnes fabros in ista arte longe superavit, ut est in Vilkina saugu. Ejus generis fuit gladius Angurvadel, quo Harekum Jarnhaus interfecit Vikingus Visilson. Torsteins saga. Et cum Thorsteinus in piratica interfecisset Slisa=Use, fratremque ejus Otilfaxe, nullo ferro violabilem, acerrimumque fraternæ necis ultorem, sibi imminentem haberet, cultrum a Duergo Sindre accepit, quo immanem semidæmonem prælio superatum, sub aquis tamen natantem, & jugulo suo iterum imminentem tandem confecit. Torsteins saga.*

Fal eggteinana i Steininum) *Si hoc verum, periit hodie ars talia arma fabricandi. Leunclavius lib. 1. hist. Musulmannæ Turcorum pag. 35.* Calipha Agarenorum sive Arabum Alis, scientiá rei militaris excelluit. & infinitas, etiam sua manu, Christianorum cædes, in prælio edidisse perhibetur. Hinc illæ Muhametanorum fabellæ, de ipsius Fulficare, (sic Alis acinacem nominare consueverunt) quem narrant, quoties vagina educeretur, ita se divisisse, ut geminus efficeretur, cubitos XVIII. longus: & Alim eo contra Gauros (Christianos) utentem ab utroque latere, non aliter ipsos, ac segetem messores, prosternere solitum; ac montes etiam sive scopulos eo dissecuisse. Mos indidem inolevit, ut in militaribus signis Musulmanorum, hic Alis acinax sive Fulficar, velut inauspicatus Christianis, faustus ipsis exprimatur. *Hoc certum est, priscis temporibus, ignorato pyrii pulveris, & tormentorum bellicorum usu, studuisse viros fortes & præcipue pugiles, ut gladios omnium præstantissimos possiderent, quibus non tantum in prælio & pugnis, sed præcipue in monomachia, contra alios pugiles uterentur. Tanto etiam hos studio conservarunt, ut nisi heredes filios haberent, quibus eos relinquerent, terræ infoderent, ne ad ignotos vel indignos transiret tanti pretii possessio. Vide* Saxonem *in vita Vermundi lib. 4. de gladio Skrep.*

Þad verdi oc þiñ bane) *Nota sunt quæ de equo Sejano scriptis prodita. Gell. lib: 3. cap. 9. item de auro Tholosano. Videatur Erasmi Adagia.*

Hunc item gladium ingratiis ab Duergis extortũ par fatum sequebatur.

Felldi þiassa) *Fabulam de gigante Thiasse, raptu Iduna, & nece Thiassa vide in Edda. Sed hunc Thiassam alium ab eo fuisse oportet. alias in diversum abit hic noster, de interitu ejus.*

CAP. III.

NU er þar til ad taka, ad Andgrimr berserkr var i viking oc ried þa fyrer lide miklu: Han heriade a Rijke Svafurlama, oc atti vid han orosto; oc attust vid hoggvaskipte sialfer: hio Svafurlami hlut af skillde Andgrims, oc nam suerd i hogge stad: þa sveiflade Andgrimur sverdinu à hond Svafurlàma, so aftok: Tok þa Andgrimr Tirfing, oc vò med, oc fellde Svafurlama med honom. Sijdan tok han herfang miked, oc Eyvoro dotter hans, oc hafde i burt med sier. Andgrimr for þà heim i Bolm, oc giorde brudkaup til Eyvorar. Þau attu tolf Sonu. 1. Angantyr var elllstr. 2. Hervardr. 3. Hiorvardr. 4. Semingr. 5. Hrani. 6. Brani. 7. Barri. 8. Reitner. 9. Tiundur. 10. Bui 11. Haddinger tueir; þeir unnu bader eins mans verk; Angantyr van tueggia verk: han var haufdi hærri enn huor þeirra. Aller voru þeir mikler berserker, oc um fram adra berserki, ad afli oc arædi: oc er þeir foru ad heria, þa haufdu þeir ey fleiri menn à skipi sinu, en þà brædur tolf; hofdu þeir þo opt fleiri skip i faur sinni. Þeir foru vijda um land ad heria, oc urdu all sigursæler, oc urdu hiner frægustu. Angantyr hafde Tirfing, Semingr Mistel-

FÖller nu wijdare huru Andgrim Slagzkempe war på Störöswerij och hade mycket Folk med sig: och häriade uti Swafurlams Rijke / förandes krig på honom. Och skifte the hugg sielfwa sin emällan. Swafurlami högg ett stycke af Andgrims sköld / så att swerdet fastnade i hugget. Tå strök Andgrim åth honom igen / så att handen flög af; thår med nappade han till swerdet Tirfing / och fälte Swafurlame thår med. Sedan tog han mycket rof / och hans Dotter Eywor / och hade henne bort med sig. och när han kom hem till Bolmsö / giorde han bröllop med henne. the åtte tolf Söner. 1. Angantyr war elst. 2. Herwarder. 3. Hiorwarder. 4. Semminger 5. Krani. 6. Brani 7. Barri 8. Reitner. 9. Tiunder. 10. Bo / och twenne Haddingar; Thesse begge giorde ens mans werk; menn Angantyr giorde så mycket som twå. Han war hufwud högre än nogon af the andra. Alle wore the store slagzkempar / och förmer än andra kempar till styrkia och mod. Och när the fore att häria / hade the ey flere med sig å skepen / än the tolf Bröder; hade the doch ofta flere skep med sig på resan. The fore wijda om land att häria och wore segersele och mycket nampkunnige. Angantyr hade swerdet Tirfing / Semminger thet swerdet Mitein,

tein, en Hiorvardr Hrotta; aller haufdu þeir agiæt holmgaungu suerd. Þad var sidvenia þeirra, er þeir voro med sinum monnum einum, ef þeir fundu ad berserksgangr kom à þa, ad þeir foru à land upp, oc brutust vid stora steina, edur skoga. Þad hafdi þeim ad voda ordit, ad þeir hafdu drepit meñ sina, oc hrosid skip sin. Saugur gengu þa frà þeim.

steltein / och Hiorwader thet swerdet Rotta och alle hade the goda Slagzswerd. Thet war theras sedwenia / når the hade ingen annan med sig / och befunne att Berserkzgång(thet år raserij) kom på them / att the fore upp på landet / och brotades med stora stenar / och trå. Och hade them håndt then wåda / att the hade drepit sina menn / och fördärfwat sin skep. Och ginge stora säger om them.

CAP. III.

ANdgrimur berserkur var i viking) *Plena est vetus historia facinorum piraticorum, eaque inter præcipuas laudes virorum fortium celebrat. Is scilicet erat captus istorum temporum, ut armorum usum sæpius quam causam respicerent. Hominibus quippe inter arma enutritis, ne gravem pacem pati cogerentur, præclara & jucunda possessio visa, quam aliis vi & armis extorserant. Quia autem viri illustres & regum filii, huic se militiæ sæpius accingebant, præcipuum illis institutum fuit, non prædas agere, & quoscumque deprehendissent, spoliare; sed aut in terras hostiles exscensionem faciebant; aut in alios piratas incidentes, pro gloriâ & opibus certamen cum ipsis inibant, alios autem innocuos missos faciebant. Ita Thorsteinus, Bele & Angantyrus, initâ, post accerrimum inter se prælium commissum, societate, mare balticum piraticâ infestarunt.* Er vordagar komo, biuggust þeir fostbrædur, oc hofdu xxx. Skipa: hielldu þeir siidan i hernad i austur veg, oc herjudu þar, oc um Sviþiod, oc alt hid eustra salt. Foru þeir med hernade sinum, sem þeir voru vaner, drapu Vikingar oc Ransmenn, huar sem þeir gatu þa hent; enn lietu Bænder oc Kaupmenn fara i fride. *h. e.* Ineunte vere, classem triginta navium appararunt; piraticamq; in mari baltico instituerunt, prædasque ibi egerunt, & circa Sveoniam ac litora eoi maris (*Curlandica & Prussica*). Egerunt autem pro consvetudine solita, piratas & latrones occidendo, colonos autem & mercatores non attingendo. *Torsteins Saga.* Annat sumar lagdu þeir i hernad, oc vard illt till fiar, þui vikingar aller forduduft þà. *h. e.* Sequenti æstate piraticam instituerunt, sed non multum lucrati sunt, quia omnes piratæ illos fugiendo declinabant. *Eadem Torsteins Saga. Ex quibus liquet, homines innocuos ab illis non violatos. Quia enim justæ militiæ specimen exhibebat piratica ipsorū, rectè etiam abstinebant ab injuriis illis inferenda, qui arma non opponebant. Quamvis hoc non ita sanctè semper observatum, ut non & illi corriperentur, qui innoxias navigationes instituere, si modo aliquid veherent, quod habendi cupidos irritaret: more nostri seculi, cui religio non est, amicorum mercibus onustas naves diripere. Sed modestiores multo majores nostri, piraticam*

ticam exercentes; ut recte etiam observavit Olaus Vormius, in expositione lapidis Tirstedensis lib. 4. monument. pag. 269. Qui lapis nonnulla de piratis notatu digna exhibet, quæ tamen non animadvertit Vormius. Neque enim animadvertere potuit, cum ab ultimâ lineâ perperam incipiendo, retro legens, sensum non dico perversum, sed nullum elicuit: cui deinde parem expositionem subjunxit. Sic vero legit: Friki siodi Doalir Vikingar diaudu aug vasfur, senian han vard taudun sun. Sinian han var Dosoing. eft Froda sronti sin raisdu stain densi Osradr aug Hiltuur. *Hæc sic latine vertit.* Friki piratam Doalir occidit, & vasfur Sinian erat occisi filius. Sinian erat Dosoin. Frothoni cognato suo lapidem hunc posuerunt Osradus & Hiltuur. *Hoc autem ordine legi debent ista, ut ante me etiam vidit Johannes Bureus:* Osradr auk Hiltuur risþu stain þensi eft Froda Fronti sin, sun Jan; han var hofding. Jan han varþ taudr â Svaþiauþu: auk var fur fi - - - Frigi siod ido allir vikingar. *Quæ ad verbum sic reddi possunt. Osradus & Hiltuur erexerunt lapidem hunc Frothoni consangvineo suo, filio Jani, viro principi. Janus autem mortuus fuit in Sveonia, & erat vir insignis. Frigi loculis dediti sunt omnes piratæ. Characteres singuli in textu Gothico recte expressi non sunt, ut cuilibet manifestum est. E G. in verbo dosving.* Þ. *pro* ᚼ *&* ᚽ *pro* Þ *perperam expressa. in voce sun, unico ductu* ᛁ *exarata est litera vocalis* ᚢ *quod in nostris lapidibus perquam familiare est.* ᚽ *in* ᛋᚢᚽᚦᛁᚼᚢᚦᚢ *non est litera vocalis O. sed A. longum vel geminum, in nostris lapidibus sæpe occurrens; quod etiam in sua scriptione hodie retinent Islandi: Literam* R, *lapides veteres unico ductu (sæpe exprimunt; quæ hic etiam bis in voce var invenitur. Sed Vormius eam in S. mutat & legit vas, cum tamen scire potuisset id verbum veteri nostræ lingvæ insolens fuisse. In penultimæ lineæ ultima voce* ᛋᛁ *dertitæ sunt lit. er pro fier:* han var fyri fier, *de illis dicitur qui egregii & insignes viri sunt. Cum in hoc epitaphio, Frotonis & Jani conditionem, pro istius seculi more, verbis paucissimis expressissent Osradus & Hiltur, memorabili etiam sententia claudunt: fortunâ a Deo concessâ quemlibet uti. Piraticæ princeps, sine dubio fuit tam Frotho quam Ianus, ideoque in tutela numinis nautici: quale Frig vel Frey; quem ab illis præcipue cultum non potest dubitari. Nec causa istius obscura, ex Edda.* Freir er argod oc fegiafa god. *Deus annonæ & divitiarum. Item.* Freir eirn er agiætastr med gudum: han rædr firi regn oc skini solar; han rædr fridi oc fesælo manna *h. e.* Freir Deorum optimus, qui pluviæ & serenitati præest; qui pacem & opes hominibus tribuit. *Sed paci & agro, hæc potius quam piratis conveniunt, inquies? quibus continua fere bella. Respondeo piratarum pacem & felicitatem in aliorum damno & jactura constitisse; uberemque illis proventum & annonam ex divite præda, quam sine dubio ei acceptam ferebant, qui dicebatur* fegiafa god, fesælo god *h. e. Deus opum & divitiarum largitor. In Gautreks saugu & ceteris fere omnibus suscepta memoratur piratica* til fiar *h. e. ad parandas opes. Quia etiam Frei serenitati & ventis præsidebat, commodam etiam largiri navigationem poterat. Hæc etiam eleganti emblemate exprimit ipse lapis Tirestadensis, supra memoratus sculptura crumenæ, & faciei juvenilis. Cujus autem facies intelligi debeat ipsa indicat inscriptio:* Frigi siod. *h. e.* crumena Dei Frig, *quam beasse ait omnes piratas. Prolixius*

lixius aliquanto hæc persequi debui, non ut Vormium strigili fricarem, sed ut lapidem egregium â perversa lectione & interpretatione vindicarem, genuinumque sensum restituerem, qui ad expositionem verbi Viking *non parum facere visus est.*

Attuft vid hauggvafkipti fialfer) *Nihil in veterum memoriis frequentius, quam ipsos principes & imperatores exercitus singulari certamine de rerum summa decrevisse. Exempla ubivis obvia.*

Giorde brudkaup til Eyvorar) *Saxo lib. 5. prope finem, Non Eyvoram Svafurlami filiam, sed Osuram Frothonis Tertii, Danorum regis filiam duxisse narrat, devictis prius in commendationis argumentum, suasu Erici diserti, Egthero Biarmiæ, & Thengillo Finmarchiæ regibus; ditionibusque eorum Frothoni subjectis. Duodecim porro ex Osura sustulisse filios Andgrimum, quorum nomina,* Brander, Biarbi, Brodder, Hiarandi, Tander, Tirfingar (*non filius sed gladius Andgrimi fuit*) duo Haddingi, Hiortvar, Giartvar, Rani, Angatyr. *Differunt hæc nomina parum ab ijs, quæ habet auctor noster, sed tamen facili negotio conciliari possunt. Hanc narrationem â Saxone mutuantur, suisq; inserunt scriptis Johannes Magnus lib. 4. & Olaus Magnus lib. 5. Et tot filiorum parentem fuisse Andgrimum auctor noster adserit. Ceterum de Osuræ matrimonio, & affinitate Frothonis, commentum est, poëtæ quam historico convenientius: Cum Odini æqualis Andgrimus, Frothonem ætate longe antecesserit. Sed notandum, Saxonem quicquid in veterum historiis magnificum & admirandum reperit, in Frothonem congessisse, ut non regem modo, sed etiam heroem priscis illis heroibus ac semi-Diis parem exhiberet. Prout in Ænea suo nihil omittit Virgilius, quod depredicationi ejus servire poterat; in quem Didonem, tribus circiter seculis juniorem, amoris flamma exarsisse memorat, poëticâ suâ licentiâ tutus. Pari modo Andgrimi & Osuræ matrimonio, Christianis Saxo gentilium rerum incuriosis secure imposuit.*

Angantyr) *monui alibi, boni ominis, & quæ honesti aliquid in memoriam revocarent, liberis imposuisse nomina antiquos. Quid sit* Angan *exponit Gudmundus Andreæ ad Voluspa. nempe opera, officium. Tyr vero fortis, animosus; ab Asiatico* Tyr. *Angantyr proinde, qui officium fortiter urget. Hervardur, servator exercitus: Hiorvardur, custos gladii. &c. Angan ab ængia deducit Nob: Dn. Stiernh: h.e. cogere, angariare. Angan, angaria. Tyr audax fortis a tyras tôras audere.*

Ad afli og arædi) *Hæc juncta pugilem faciunt. Nam nec robur, sine audacia & consilio aggrediendi, quicquam proficit; nec ferox audacia, viribus & consilio destituta aliquid præclari efficere potest.*

Tirfing, miftiltein, hrotti) *Solebant quondam viri fortes arma sua & præcipue gladios, peculiaribus insignire nominibus, quæ postea Scalldorum carminibus frequentata, pro communibus haberi cœpere. Nec his contenti Scalldi plura & ipsi nova finxere, translationibusque poëticis mirum in modum auxere, ut tanto majorem admirationem & gratiam carminibus suis conciliarent. De gladio vel pilo Mistiltein, quoBallderum interemit Hauderus lege Eddam. Hrotti etiam celebris fuit gladius. Ab eo poëtice vocatur prælium,* hrotta hregg *h.e. gladiorum nimbus. Anundus trâsot in Gretla:*

Þotta eg hæfur ad hrotta
Hreggindi fyrir leggium. *h.e.* Ego viris anteâ videbar aptus ad prælia. *De gladiis* Skrep, Lovi, Snyrtir *&* hôting *vide Saxon. pag. 31. 36. & 64 Thiodorici Veronensis gladius* Nagelring, *& cassis* Hilldegrim. *Vil-*

 kina

kinga saga. Velentis gladius mimungr. *ibidem. Ulfonis Uggasons gladius*, Mannatyr. *Vikingi Visilssons gladius* Angarvadel. *de gladio* tirfing *hic auctor*. Dyrumdal *Ralandi gladius. & quis singulos enumerare possit?*

Berserks gangur) *Quid sit, & hic locus & quæ leguntur cap. 5. satis monstrant. an vero ab intumescente bile & ebulliente sangvine, aut â dæmone aliquo concitatus fuerit hic furor, qui bacchantium furorem superavit non capio. Eum describit etiam Saxo Gram. lib. 7. de filiis Sigvalldi Sveonici pugilis.* Hic septem filios habebat tanto veneficiorũ usu callentes, ut sæpe subitis furoris viribus instincti, solerent ore torvum infremere, scuta morsibus attrectare, torridas fauce prunas absumere, exstructa quævis incendia penetrare; nec posset conceptus dementiæ motus alio remedii genere, quam aut vinculorum injariis, aut cædis humanæ piaculo temperari. Tantam illis rabiem sive sævitia ingenii, sive furiarum ferocitas inspirabat. *Et eodem libro, paulo post.* Hartbenus Helsingius tanta corporis magnitudine erat, ut novem cubitis proceritatis ejus dimensio tenderetur. Huic duodecim athletæ contubernales fuere, quibus officio erat, quoties illi præsaga pugnæ rabies incessisset, vinculorum remedio oborti furoris impetum propulsare. Ab his Haldanus Hartbenum ejusque pugiles viritim impetere jussus, non solum certamen spopondit, sed etiam victoriam sibi ingenti verborum fiducia promisit. Quo audito Hartbenus, repentino furiarum afflatu correptus, summas clypei partes morsus acerbitate consumpsit; igneos ventri carbones mandare non destitit; raptas ore prunas in viscerum ima transfudit, crepitantia flamarũ pericula percurrit: ad postremum omni sævitiæ genere debacchatus, in sex athletarum suorũ præcordia, furente manu, ferrum convertit. Quam insaniã illi pugnandi aviditas, an naturæ ferocitas attulit, incertum est.

CAP. IV.

ÞAd var til tidinda eitt Iolaafton i Bolmi, ad menn skilldu strengia heit-biargar-fylle, sem sidur var til; þa streingdu heit Andgryms Syner: Hiorvardr streingdi heit, ad han skylldi eiga Ingibiorgu Dotter Ingva Kongs ad Vpsolum, þa mey er fræg var miog ad viturleik oc fegurd oc allri vitsku; eda quedst hann aungva eiga skillde. Þetta sama vor giora þeir brædur ferd sina til Vpsala, tolf saman, oc

THet hände en Julaafton på Bolmßöö / att the skulle göra löfte och förpliktelse till ett lyckeligit företagande som plägseder war: thå giorde och Andgrims Söner löfte: Hiorwarder förpliktade sig att han skulle äga Ingeborg / Kong Inges Dotter i Vpsala / then mö som mycket nampkunnig war af sin klokhet / fägring och wijßdom; och finge han then icke / sade han alldrig skola gifta sig. Om wåren foro theße tolf Bröder till samman åth Vpsa-

ganga fyrer bord Kongs, þar han sat i hàsæti sinu, oc Dotter hans. Þa sagdi Hiorvardur Kongi erinde sitt oc heitstrein ging; enn aller menn hlyddu sem i hollini voru: oc bidr han Kong skiott seigia huort erinde han skal þangat hafa? Kongr huxar þetta màl, oc veit huorso mikler meñ þeir brædur eru fyri sier: han veit oc ad þeir eru af àgiætu slekti. So varo med Inga Kongi þeir Kappar oc Lidvarnarmenn, Hialmar hinn hugfulli, oc Oddur hinn vidforli, er kalladur var Aurvar-Oddur. Oc er han heirdi huad berserkerner saugdu, þà stiè han fram fyrir bordet, oc mælte til Kongs: Herra, minnist þier huad mikin soma vier hofum ydur veitt, sidan eg kom i land þetta; oc huad maurg àr eg hefi att, ad vinna Riked under ydur? hefe eg ydur latid heimila mina þionustu. Nu bid eg ad þier veitid mier til sæmdar oc giefit mier Dotter ydar, er miñ hugi hefur leingi à verid. Oc er þad makligra ad þier veitid mier þetta til sæmdar, enn berserkium þeim utlendum, er illt eina hafa giort, bædi i voru Riki, oc annara Konga. Nu huxar Konguren sic um, oc þotti þetta miog mikell vande, er þeir tueir haufdingiar Kieptust epter hans Dottur suo miog: oc sagdi nu à þà leid, ad huortueggia þessarà er suo mikell oc vel ættboren, ad huorugum vill hann fin-

la/ och gingo för Konungens bordh/ thär han satt i sitt högsäthe med sin Dotter. Thå sade Hiorwarder för Konungen sitt erende och giorda löfte; och alle the som i salen woro lydde thär på: och bad han Konügen ginast såija hwad beskedh han skulle få på erendet. Konungen betänkte thetta mål/ wel wetandes hwilka store Kaxar theße Bröder wore; han wiste och att the wore af förnemlig släkt komne. Wore och tå hoos Konung Inge twenne Kempar och Höfwitzmän/ Hialmar then hugfulle/ och Oddur then widtbewandrade/ som kallades Arwar-Oddur/ thet är Oddur med pijlarna. När Hialmar hörde theße Slagzkempars erende/ steg han fram för bordet/ och sade till Konungen: kommer i hug/ Herre/ sade han/ hwad åhrewyrdnad iag hafwer teedt eder/ sedan iag kom hijt i landet; och huru iag hafwer wimlagt mig/ mång åhr bärtäth/ att skaffa eder rijket tillhanda? min tiänst hafwer altijd stådt eder till redo/ såsom eder egen tiänares. Ty beder iag/ i wille göra mig then åhran och gifwa mig eder Dotter/ then iag så lenge hafwer älskat. Och är thet tillbörligare/ att i låthen mig then hedren wederfaras/ än thessom frémmandom Slagzkempom/ som intet annat hafwa giort/ än bedrifwit argheet och onska i wårt och andra Konungars Rijke. Konungen tenkte sig om: och tyckte honom thet en swår sak/ att theße Höfdingar/ så enträgne wore efter hans Dotter/ och ty swarade han således/ att begge theße wore så store männ/ och wel ättborne/ att ingenthere wille han för-

ia mægda, oc bidur hana kiosa huorn han vill eiga. Kongs dotter suarar: ef Fader hennar vill hana manni gipta, þa vill hun þann til mans taka, er henne er kiendur miog ad godum hlutum. Enn nu bidur Hiorvardr Hialmare til holmgaungu i Samsey; oc kuedur hann vera huors mans niding, ef geingr frà, firr enn þetta einvige er reint. Enn Hialmar quad sig ey duelia skula, oc skilia ad suo mæltu. Fara Andgryms Syner heim, oc seigia Faudr sinum sitt erinde. Enn han quadst alldrey hafa ottast um þeirra ferder, firr enn nu, er þeir skilldu þetta vig heijá. Oc er þeir skilldu fara til holmgaungu, leider Fadr þeirra þa ut, oc mæler vel fyrir þeim, oc quad þeim i þorf koma god vopn. Epter þad foru þeir leid sina.

wägra sin Dotter: vthan bad henne siälf vtwälia hockenthera hon wille äga. Konungzdottren swarade/ att om hennes Fader wille gifta henne/ thä wille hon hälst then till mann hafwa/ then henne best wore bekänd i monga goda stycken. Hiorwarder mante strax ut Hialmar att slås med sig på Sams ö/ och kallade honom hwars mans niding om han skulle undanwijka/ förr än thenne enwigz-kamp wore försökt. Hialmar swarade sig thär med ey skola dröya. och skildes the åth med thet aftalet. Foro Andgrims Söner hem/ och sade sin Fader af huru erendet hade gått. Han swarade alldrig så hafwa gruswat sig för theras färd/ som thenne gängen/ ther the thetta slagzmålet skulle utföra. och när the skulle fara till thet förestemda slaget/ följde Fadren them till wägs/ och önskade them lycka/ säijandes att nu giordes them behof god wapn. Sedan foro the sin leed.

CAP. IV.

JOla apton, *vide cap.* 14) *Quid Jol sit, & unde dicatur, cum aliud alii sentiant, arduum forsan erit certi quid decernere. Et Johannis quidem Magni sententiam lib.* 4. *cap.* 13. *â Iulio Cæsare nomen id deducentis, utpote nullâ ratione nixam, merito explodit D.r Loccenius lib.* 1. *cap.* 5. *Antiquit Sveogot. Olaus Vormius, in fastis suis, eandem denominationem approbat: Et licet argumenta, quibus utitur, nullo negotio solvi possint, cum eo tamen, hac de re non rixabor. Nec Georgium Buchananum, qui Iulia ista sive saturnalia lib.* 5. *rerum Scoticarum eleganter describit, & idem cum prioribus sentit, arguere animus est, utut ipsum in nomine isto etiam quoad Britannos & Scotos suos falli existimem. Illa firmioribus adstricta nervis esse videtur sententia, quam ex Beda producunt viri docti; nempe â* Giuli *h. e.* conversione solis in auctum diei, *ut verba ejus habent. Eo sensu Scaliger lib.* 2. *de emendat. temp.* giuli *tropicum interpretatur. Hanc rationem a conversione vel rotà, allatis bonorum scriptorum locis stabilire*


tire nititur D.r Loccenius, loco supra indicato. Quia autem suum cuique judicium liberum ibidem relinquit; & mihi omnia ista non satis explorata videntur, quæ est viri æquitas & candor, mihi facile ignoscet, si in ista ulterius inquirere annixus fuerim. Olaus Vormius Fast. Danic lib. 1. cap. 14. pro giuli, huile *legendum vult; quæ vox quietem notat Sed illa emendatio nihili est. Non enim in tropicis quiescit sol, licet ultra eos versus polos non progrediatur. Notandum igitur, majores nostros, & mathematicâ & civili ratione annum computavisse. Ab illa fuit accurata solstitiorum observatio, quâ solis ad utrumque tropicum accessum, & inde recessum non indiligenter notarunt; punctumque illud tropici utriusque, quod cum sol attigit, versus polum ultra non progreditur,* stad, *quasi statum nominarunt; principium autem retrogressionis* bragd, *& conjunctim* stadbragd *dixerunt, ab* bregda stad *h. e. retrocedere. Totum autem illud temporis spatium, quod dimetitur sol cursu suo annuo, usque dum revertatur ad idem tropici punctum, â quo digressus fuit, trecentis quinque diebus* tolfræd *cum quadrante, h. e. denario numero in centenario duodecies repetito, terminabant. Tantundem etiam temporis civili anno tribuebant, sed nulla solstitiorum habitâ ratione. Mathematicæ etiam rationis fuit, quod ad lunæ motum, in menses annum distinxerint. Quæ autem fuerint mensium vetustissima nomina, cum post christiana sacra recepta aliis etiam uti cœperimus, haud ita certum est. Thors & Göe priscam nomenclaturam retinuerunt; verni menses,* varand *dicti ab operibus rusticis isto tempore faciendis, item* Lôding *(quod nomen Vesmanni etiamnum retinent) ab* lödia, *quod hoc tempore pilos mutent animalia. Inde* lolk *depilis & viribus exhaustus, ut sunt animalia, circa hoc tempus, operibus rusticis adhiberi solita. Æstivi menses,* höand & skördand, *â collectione fœni & messis. September* höstmanat, *October* slaktemanat, *a mactatione pecorum in usum sequentis anni. November Anglis quondam* blotmanat, *quod illo tempore sacrificia autumnalia peracta. December Islandis* skemdægis-manat, *h. e. dierum brevissimarum. A noviluniis etiam nomina mensibus imposuere; sed hæc jam in usu esse desierunt. Licet autem hæc nominum impositio civilis fuerit instituti, ipsa tamen anni distinctio in menses, mathematica fuit. Civili vero & vulgari consuetudine annum in solidiores partes diviserunt.* Ar skptist i tuau missere; i missere ero mal tuau; i mali manader þrir. *h. e.* annus in duos semi annos dividitur; in semi anno duo sunt intervalla, & in quolibet horum menses tres. *Quotiescunque autem solidiores hæ partes exprimuntur: EG. in LL.* þriggia vetra gamal; sex sumra frest, & *hujusmodi sexcenta, semper intelligitur annus integer sive annuum spatium, quod alias dicitur* natt oc jamlanga, natt oc ar, ar oc dag. *de quibus vide cap. 4. lib. 1. Antiquit. D.r Loccenii. Quin & ipsum vocabulum* år, *vi vocis originariæ, dimidiam tantum anni partem notat, eam nempe qua aratur & metitur. Ard enim aratio est. Ita in LL. Gulaþingens*

gensibus cap. I. *LanZleigubolkur, anni conductionis prædiorum per arationes exprimuntur.* Ef madr leigir iord af landzdrotni, þà ſkal han à þeiri iordu bua, ſua leingi ſem vattar hans vitu at han tok ſer ardar mala. *h. e.* Si quis à domino prædium conduxit, illud per tot arationes retineat, quot à domino eum ſibi id pactum eſſe adſertores evincere poſſunt *Item.* Skal ſa hafa ardar mala ſin er tok. *h. e.* non poteſt dominus colonum prædio eijcere quam diu durant anni conductionis *Et quia ex labore ſperatur fructus, ideo & annona* ar *dicta:* gott ar, *uber proventus:* arangur, *annonæ anguſtia. Gulaþingz LL. landvarnarbalk. c.* I. arbot, *h. e. ſacrificium pro annona recuperanda. Olafs ſaga. cap.* 107. *Sive autem integri, aut ſolidiorum partium nominibus exprimatur annus, civiliter intelligitur annuum ſpatium, ſive trecenti quinque dies* tolfræd *cum quadrante; ut, in definitione annorum pubertatis & tutelæ, in venditionibus & emptionibus, in præſcriptionibus & omnibus fere ejuſmodi obligationibus. Ad civilem etiam computationem, ſacrorum ſolemnia & commeſſationes publicæ inſtituebantur. Olafs ſaga cap.* 117. Sigurdr var þui vanr, medan heidni var, ad hafa þren blot hvern vetr; eitt at vetrnottum; annat ad midium vetri, þridia ad ſumri. En ſidan er Sigurdr tok vid Kriſtni, hellt han teknum hætti um veitzlornar: hafdi han a hauſt vinabod, en Jola bod à vetrin, oc baud þà enn til ſin morgum monnum; þridiu veitzlo hafdi han um palka, oc hafdi þà eñ fiolment. *h. e.* Conſuevit Sigurdus tria ſacrificia peragere qualibet hyeme: (*anno*) unum in autumno, alterum media hyeme, tertium ineunte æſtate. Poſtea vero quam Chriſtianus factus eſt Sigurdus, conſuetum morem retinuit, quoad commeſſationes: ita ut in autumno amicos ad ſe invitaret; media vero hyeme commeſſationes iolenſes, invitatis quamplurimis, celebraret; tertiam vero paſcatis tempore commeſſationem inſtitueret, & eam quidem hominibus ſatis frequentem. *Non pauca hic obſervare licet, ad rem præſentem facientia: & quidem hyemis nomine totum annum deſignatum; deinde tria ſingulis annis ſacrificia peracta, & in ſingulis ſacrificiis commeſſationes publicas inſtitutas; eam itidem, quæ media hyeme fiebat, ceteris longe ſolenniorem, & vocatam* jolabod *h. e. invitationem convivalem. Cauſam addit eadem Olafs ſaga cap.* 69. I Sviþiodo var þad forn landzſidr, medan þar var heidni, ad haufudblot ſkylldi vera at Goi at Vppſaulum. Skylldi þa blota til fridar oc til ſigrs Kongi ſinum: ſkylldu menn þà þangat ſækia um alt Sviavelldi &c. *h. e.* in Sveonia antiquus mos fuit, dum obtinuit gentiliſmus, ut Vpſalæ univerſale ſacrificium perageretur, menſe Februario: ſacrificandum tunc erat pro pace & victoriâ regis, coeundumque illuc ex univerſo regno. *Sacrificiorum iſtorum meminit etiam Olafs ſaga cap.* 109. Er þad ſidr þeirra ad hafa blot ad hauſti, oc fagna vetri, annat â miþium vetri, þridia at ſumri: þà fagna þeir ſumari. *h. e.* Mos illorum eſt ſacrificare in autum-

autumno, ad propitiandam hyemem: deinde media hyeme; tertium in æstate, ad excipiendam æstatem. *Quæ sacrificii proprie erant, exprimit Olafs saga. cap.* 107. þad fylgdi oc þeirri saugu, ad þar væri drepin naut, oc hross; en rodnir stallar i blodi, oc framit blot, oc veittr sa formali, ad þad skylldi vera til arbotar. þad fylgdi oc ad aullum þotti audsynt, at godin hafdu miok reizt, er Haleigar haufdu snuist til kristni. *h.e.* iisdem sermonibus ferebatur, mactata pecora & equos, aras sangvine tinctas & peracta sacrificia, hâc precationis formulâ, PRO ANNONÆ RESTITUTIONE. Facile enim cognovisse, iratos fuisse Deos, quod ad Christianam religionem conversi fuissent Halogenses. *Sacrificiis rite peractis incipiebat commessatio publica, quæ & ipsa religiosa. Eodem capite* 107. voru þar dryckiur miklar; Kongi var sagt at þar voru minni aull signut Asum, eptet fornum sid. *h. e.* largæ ibi erant compotationes; regique dictum, pocula omnia consecrata fuisse Diis Asianis, more antiquo. *Hæc cum indignanter accepisset Rex Olaus Crassus, ita rusticorum factum excusabat Alverus, ut de sacrificiis negaret, commessationes autem fateretur, sed non ethnico more institutas.* Alver suarar afhendi boanda, sagdi at þeir hofdu engar veitzlor hast þad haust, nema gilldi sin, eda hvirvingsdryckiur, en sumer vinabod. En þad sem ydur er sagt, herra, fra ordtaukum varum þrænda, þà er ver dreckum, þa kunnu allir vitrir menn ad varast slikar ræþur; enn ecki kan eg synia syri heimska menn oc auloda, huad þeir mæla. *h. e.* Rusticorum nomine respondebat Alverus, nullas commessationes sacras instituisse isto autumno, nisi sveta convivia aut compotationes extraordinarias: nonnullos etiam amicos invitavisse. Quod autem tibi dictum est, rex, inquit, de Trandhemensium nostrorum formulis verborũ in bibendo, ita est ut homines providi & cordati sibi ab ejusmodi verbis cavere possint; quid autem stulti & cerevisia insani dicant, ego præstare non possum. *Deinde cum majori indignatione expostulavisset rex, quod iidem Trandhemenses instituissent* midvetarblot, *&* blotveitzlor. *Respondit Alverus. cap.* 108. At bænder voru ulanner at þessari sauk. haufum ver, sagdi han Jolabod, oc vijda i heraudum samdrykiur. Ætla bœnder ei sua hnept til Iolaveizlo sinnar, at ei verdi stor af-hlaup, oc drucko menn þad leingi sijþan. Er à Môre mikill hafud stadur oc hus stor, en bygd mikil umhuerfis. þickir monnum þar gott til gledi, at drecka morgum saman. *h. e.* Negabat rusticos istius criminis reos esse. Celebravimus, inquit, festiva gaudia & hilaria Iolensia, atque compotationes latè per territoria. Non enim tam parce instruunt rustici convivia sua Iolensia, ut non supersint magnæ reliquiæ continuandis compotationibus. Præcipua hic in Môre civium est multitudo, & ædificia ampla, frequensque circumcirca vicinitas, quæ omnia ad augendam lætitiam faciunt, ut multi unà compotationibus indulgeant. *Ex his jam mani-*

festum

festum est, Iol, Iolabod & Iolaveitzla, *commessationem fuisse*, *sacris hyemalibus*, *quæ* midvetrarblot, *&* hausublot *dicebantur*, *conjunctam*; *nec unquam in solstitium brumale incidere potuisse*: *nisi quis tam absurdus sit*, *ut solstitium id in finem Januarii mensis & initia Februarii conferre velit*, *quo tempore sacra illa celebrabantur*, *uti & commessationes juliæ. Ut liquidum est ex locis supra indicatis*, *& postea pluribus probabitur. Nam quod Dithmarus lib.* I. *Chron. Danos scribat*, *citante Stephanio in notis ad Saxon. pag.* 93. *Solennia sua sacrificia* (*& consequenter etiam jol*,) *mense Januario*, *post hoc tempus*, *quo nos Theophaniam Domini celebramus*, *instituisse*, *intelligendus sine dubio finis est Januarii mensis*; *alias illis scriptoribus contradiceret*, *qui ejusce rei ipso longe majorem cognitionem habuerunt. Nulla proinde ratione accommodari potest vox jul ad conversionem solis ad solstitium brumale*, *uti ex Beda collegerunt viri docti. Deceptus nempe & ipse Beda fuit ambiguitate vocis* jul, *quæ &* rotam *sive conversionem*, *ac lætitiam convivalem significat*, *& priorem notionem tanquam notiorem Decembri & Januario mensibus tribuit*, *qui nihil cum ea habuere communi. Vocavere enim menses illos Angli*, *pariter ac Scandiani ex sacrorum conviviorum festivitate* Iol, non vero a conversione solis vel rota, giuli priorem & posteriorem. *Et Januario quidem antiquior ea appellatio*, *à sacris ethnicis & commessationibus*, *quæ in ejus finem incidebant. Sed quia Christianis placuit festivitati & gaudiis natalis Domini nostri*, *antiquum commessationum nomen* Iul *tribuere*, *ideo & Decembri mensi hæc appellatio non incongrua visa est Anglis. Abolitis enim gentilium sacrorum*, *& commessationum istarum abominationibus*, *in nomine ipso jul nihil impietatis inesse existimarunt majores nostri*, *quin illud recte isti festivitati & hilaritati adhiberetur*, *quam longe aliâ de causa*, *ac occæcati antecessores ipsorum*, *in natali Domini ac Servatoris nostri agitabant. Continuata hæc ipsis fuit festivitas a die Thomæ Apostoli*, *ad* 14. *Ianuarii diem*, *cum ad ordinaria opera ac labores iterum reditum. Unde vulgaris Rythmus.* Knut kórer Iulen ut: *h. e.* Canutus sive 13. Januarii dies genialibus diebus finem imponit. *Totum etiam hoc gaudiorum Iuliorum tempus*, *emblemate & hieroglyphico*, *ex ethnicismo retento*, *in calendario runico expresserunt*, *cornu nempe erecto & cereali liquore impleto. Omnium fere horum dierum insigne est cornu illud lætitiæ. Canutus vero sive* 13. *Ianuarii dies*, *idem cornu pro insigni habet*, *sed eversum ac vacuum*, *argumentum sumptuum juliorum jam consumptorum. ut videre est in schemate adposito.*



Quin & ipsas gentilium commessationum formulas, *in sacris istis invitationibus usitatas* gott ar, *hodieque retinemus*, *& ex eâdem consvetudine Domini Scyphum*, *nulla impietatis suspicione. Ita & profligatis papismi erroribus & superstitionibus*, *non paucas istius cæremonias retinuere patres nostri*: *documentum non exiguum constantiæ ipsorum*,

rum, & in bonis malisque discernendis, judicii integri. Sed Bedæ auctoritatem de Iuli nomine à conversione & rota, illud etiam firmat, quod fatetur D.r Loccenius lib. 1. cap. 5. antiquit. Sueogot. in scipione runico Norvegico, nativitatis Christi festo rotam adpictam? ultro illud largior, Græcos & Ægyptios rotæ hieroglyphico annum expressisse; nec diffiteor Scandianos nostros, emblematis & hieroglyphicis, pro temporum notis in Calendario Runico uti solitos, solstitium utrumque rotâ fortaßis designasse; uti in Calendario quopiam ad solstitium æstivum rotam incisam vidi: sed juxta nego eos propterea vocabulum Iul, quo antiquitus usi, quoque jam eodem significatu utimur, â conversione solis circa æquinoctium deduxisse: cum certiora longe documenta in contrariam sententiam adducta sint. Alias conversio circa æstivum etiam solstitium Iul dici debuisset. Nec quicquam præsidii est in Snorronis Sturlæ loco, in vita regis Haquini Adalsteins Fostra, qui ante regnum initum, Christianæ religioni in Anglia initiatus fuit; quam postea rebellionis metu cum palam profiteri non auderet, lege sanciit, ut Norvegi commessationes Iulias, eo tempore celebrarent, quo Christiani natalem Domini celebrabant. Hic certe locus, sententiæ, cui adstruendæ affertur, quam maxime officit, eamque destruit penitus. Nihil enim aliud hinc conficitur, quam regem ab obstinatis idololatris obtinere voluiße, ut commessationum juliarum tempus, quod in mediam hyemem incidebat, anticiparent, & in finem decembris referrent, quo Christiani Domini natalitia sacra curabant. Quo obtentu viam sibi sternere voluit ad ethnicam impietatem cum tempore abolendam. Sed probetur, ajunt, commessationem quæ media hyeme fiebat, Iul dictam? Dico nihil esse probatu facilius, ex locis supra indicatis: nempe ex Olafs saga cap. 69. Husudblot skylldi vera at goi. h. e. *Februario. item cap.* 108. Iolabod, jolaveitzlor & midvetrar blot, *conjunguntur. & cap.* 117. Hafdi han à hauſt vinabod, en Iolabod à vetrin *&c. His addantur hæc ex Olaf Tryggvasons saga.* Oc er kom at jolum, þa var þar mikill fyribunadur, oc stefnt þangat miklo fiolmenni: oc er su veitzla er buin, þa gieck Drotning med mikla sveit, à fund Olafs. *h. e.* Et cum instabat jol, magnus fiebat apparatus, invitatique quàm plurimi: instructo autem convivio isto jul, Olaum conveniebat Regina, magna comitante caterva. *Et adhuc apertius cap.* 144. *Olafs saga. Cum Olaus Rex Norvegiæ Þoroddum in Iamtiam misisset, Sveoniæ regi tum subjectam, ad exigenda vectigalia, acceßit ille in hyeme Legiferum Thorum:* þar var Iolaveitzla mikil, oc samburdar aul; marger voru bœnder þar i torpinu, oc druku aller samt um jolin. Annat torp var þadan skamt, þar bio magr þorars, rikr oc audigr, han atti sun roskin. þeir magar skylldu drecka half jolin at huars þeirra, oc fyrr at þoras *&c. h. e.* Apparata ibi erat commessatio julia, & compotatio de symbolis: Frequensque in prædio isto rusticorum turba, unà Baccho indulgebant, per festivitatem juliam. Nec procul inde aliud prædium, quod incolebat affinis Thoreri, homo potens & locuples, qui filium habebat juvenem. Debebant illi affines dimidiatum Iul, alter apud alterum, vicissim bibere: & primum quidem apud Thorerum &c. *mox eodem capite.* Oc er komo midiol, for þorar oc aller frel-

ſingiar med honom til magſ ſins, ſkylldi han þar dreka en efra hlut Iolanna. *h.e.* Conſumpta dimidia parte Iol, profectus eſt Thorerus cum omnibus ingenuis ad affinem ſuum, ut ibi quod ſupererat de Iol genialiter traduceret. *Runolfus Ionas in Grammaticâ Iſlandica, Iol interpretatur Saturnalia, non adeo quidem inconvenienter, quoad convivii hilaritatem, & æquam inter omnes conſvetudinem. Non pauca tamen in Saturnalibus, quæ ignorabantur in Juliis; nec pauciora in his, quorum nullus in Saturnalibus uſus. Olaus Vormius in Faſtis Danicis pag.* 22. *Omnibus conquiſitis, quibus Iul a Iulio Cæſare deductum oſtenderet, Iſaci Pontani ſententiam, Stephanii literis perſcriptam utut ſibi adverſam producit. Sic autem Pontanus.* Illud certum habeo, ad jubilationem & lætitiam temporis exprimendam, id quicquid eſt vocis Iul, formatum &c. *mox.* At Erathoſtenem in hymno Mercurii, Iulon pro lanificarum cantilena uſurpaſſe ex illo verſu liquet: Δευδαλίδας τδ́χϑσα, καλας ἥειδεν ἴϑλϑς. Farque parans ſalſum, ſcitos cantabat Iulos. Didymus ait hymnum in laudem Cereris fuiſſe, quod ex Semo Delio annotat etiam Athenæus lib. 14. & indicat Theodoretus libro de materia & mundo ſic inquiens: ne Cantemus Iulum Cereri, nec Baccho dithyrambum. Quod ſane optimè ſenſui noſtro, & ludis iſtis Iulenſibus noſtratium competit, qui aut celebrantur poſt completa jam Cerere horrea, aut quod novus jam annus ac vernum tempus inſtet, quo Cereri denuo faciendum operandumque. Sed inquies unde vox exotica & græca & adeo exoleta boreæ populo eſſe nota aut familiaris poterit? Reſpondeo alia & magis remota a Græcis tracta, quæ Dani hodieque uſurpamus. *Rectiſſimè hæc a Pontano adſeruntur: niſi quod vox Iul latioris aliquanto ſit ſignificationis, quam ut ſolum Cereris hymnum notet. Revera enim in honorem & laudem Cereris, quæ noſtris Frigga vel Freia Iol celebratum; ut auctor noſter cap.* 14. & *Olafs ſaga cap.* 107. *oſtendit: at non ſolo cantu & hymno, ſed ludis etiam, pervigiliis, compotationibus, & omnibus feſtivi gaudij ſignis ac bonis ominibus. Inde* Iola, *genio indulgere;* Iæla & Iala *confabulari, ſermones cædere. Nihil enim tunc omiſſum, quod ad teſtandam lætitiam faceret. Ex eadem conſvetudine nobis hodieq; ſuperſunt ludi Iolaleikar dicti: inter illos Vormius ſuum Iulebuk recenſet, qui memoriam repræſentet ludificatæ a Cimbris poſtulationis Iulii Cæſaris. Quod an ita ſe habeat, ipſe viderit: nobis luſus iſte vocatur* blindebock; *eumque Oſtrogothi hinc in Italiam ſecum intulere; ubi hodieque eodem ritu celebratur, ſed Italico nomine gioco de la cieca. Battiſta Guarini in ſuo Paſtore fido, act.* 2. *Scen.* 5. *Omnis generis ludicra in iſta jolenſi feſtivitate adhibita fuiſſe vel ex Saxone Gram. lib.* 6. *liquet:* qui narrat Starkatherum ad Haconem Daniæ tyrannum ſe contuliſſe, quod apud Upſalam ſacrificiorum tempore conſtitutus, effœminatos corporum motus, ſcenicoſque mimorum plauſus, ac mollia nolarum crepi-

crepitacula fastidiret. *Nec mirum hominem pugnis & continuo armorum rigori deditum ejusmodi remissiones adspernatum. Sed nihilne serii in his festivitatibus, inquies? vel una sosolumodo cura, genialiter vivere? Imo vero, & rebus seriis hic locus. Atque inprimis Skalldorum carminibus cantandis & exponendis tum vacasse autumo. Præcipuum enim illa liberalioris otii & conventuum publicorum oblectamentum fuerunt. Deindequia peractis rite sacrificiis, fieri auspicato omnia credebant, inter commessandum, de rebus gravissimis & publicam salutem concernentibus consultationes institutæ. Indicat id Olafs Saga. cap.* 69. I Sviþiodo var þad forn landzsidur, meþan þar var heidni, ad haufudblot skylldi vera at goi, at Vppsaulum: skylldi þa blota til fridar oc til sigrs Kongi sinum. Skylldu menn þà þangat sækia um allt Sviavelldi: þa skylldi oc allmennilegt þing vera; þar var oc markadr, oc mikil Kaupstefna, oc stod viku. Enn er Kristin var Sviþiod, þà heltz þo laugþing, oc markadr. Enn siþan alsida var Kristni i Sviþiodo, oc Kongar afrækust at sitia ad Uppsaulum, þà var fordr markadr, en hafdr Kyndilmessu. hefr þad halldist alla æfi siþan, oc er nu hafdr ei meir, enn stendr tre nættr. Enn er þar þing Svia oc sækia þeir um alt land til. *h. e.* In Sveonia mos antiquus fuit, in gentilismo, ut februario mense, universale sacrificium Vpsalæ peragetur. Sacrificandum tum pro pace & victoria regis; coëundumq; illuc ex universo regno. Peractum simul universale judicium; nundinæque & marcatus frequens per integram septimanam instituti. Sveonibus vero ad Christianismum conversis, nihilominus judicia & nundinæ servabantur. Sed postquam ubivis in Sveonia obtinuit Christiana religio, & desierunt reges Vpsalæ morari, nundinarum tempus immutatum fuit, & in purificationis festum collatum: quod semper deinde servatum, sed per tres tantum dies. Ad forense itidem judicium illuc coibat regni communitas. *Prolixiore interpretatione hæc verba indigerent, si illis exponendis hic esset locus: Sed rem in compendium conferam. Describuntur hic sacrificia universalia; eorum tempus*, at goi *h. e. imminente februario mense; quod cap.* 109. *exprimitur* à miþium vetri *h. e. media hyeme: deinde universi regni comitia, tam propter sacra, quam Reip. negotia. Vocantur illa comitia hic* allmennelegt þing, *item cap.* 91. Allzheriar þing. *h e. universarum communitatum. Vocantur itidem* Disþing, *conventus ad operandum Deæ Friggæ, quæ* καὶ ἐξοχὴν *Dis. postquam vero cessavit conventus ille sacrorum causâ, remansit tamen in hodiernum diem nomen id nundinarum. Receptis inde sacris Christianis, neque horum causa amplius Upsalam coivere universi; sed universorum Deum in singulis cœtibus adorarunt; uti nec propter negotia reipublicæ; quia* Kongar afrækust ad sitia ad Vppsaulum *h. e. desierunt reges Upsalæ sedere; sedemque regiam Birkam & Sigtunam transtulere; quò etiam cives de rebus gravioribus de* libe-

liberaturos convenire par erat. Juridicus autem conventus Laugþing, *quod alias* Lagmansþing, *Upsalâ motus non fuit: describitur autem cap.* 70. I huerri þessi deilld landzins er sitt laugþing, oc sin laug, um marga hluti: yfer huerium laugum er Laugmadr, oc ræþr han mestu vid boender &c. *h. e.* In qualibet provincia regni, suum est forum laugþing, & suæ leges de rebus variis: Legibus vero præest Legifer qui maximæ est auctoritatis apud plebem. *Si vero cæterarum provinciarum judicia & Legiferi inter se dissentirent, ob pristinam eminentiam, reverentiamque fori Upsalensis, inde decisionem exspectare debebant, eodem cap.* 70. En þad alt er laugþing skilr à, þà skylldo aull halldast til motz vid Vppsaula laug; oc àdrer aller Laugmen skola vera undermeñ þess laugmans er à Tiũdalandi er. *h e.* Discordante inter se judicio Laugþing, illud de quo controversia est, conferri debet cum legibus Vpsalensibus, ceterique Legiferi omnes subjecti erunt Legifero Tiundalandensi, *h. e. Vpsalensi. Notari & illa verba debent*, þà var fordr markadr. *h. e. translatæ vel potius anticipatæ fuerunt nundinæ. In principio enim mensis februarii sacris Deæ operati sunt, & una commessationes publicas blotveiZlor instituebant, tum universalia illa judicia & demum rerum venalium mercatum exercebant. Abolitis vero sacris, commessationibusque publicis, in eorum locum successere nundinæ* Disanæ. *Sed quæres utrum judicia illa an commessationes præcesserint? Respondeo ex Snorrone in vita Haquini Adalstenij, comessationes illas partem non exiguam sacrorum fuisse, ideoque ab illis tempore divelli non potuisse; atque sic posteriora sacris fuere judicia. Nec tamen absurdi quid dixerimus si in ipsis commessationibus ejusmodi publica negotia acta adfirmaverimus. Prout Germanos de adciscendis principibus, de pace & bello plerumque in conviviis consultasse scribit C. Tacitus de moribus Germ. Illud enim indicare videntur verba* blota til sigurs *h. e. sacrificare pro victoria; neque enim tum vota tantum concipiebantur, sed etiam de bello instruendo, gerendoque cum rege inibantur rationes. Ipse enim harum commessationum præses & auspex esse tenebatur, uti ex Snorrone manifestum. Homines etiam privati consilia hic & societatem inibant negotiorum futura æstate gerendorum, veluti piraticæ & similium. Ita Andgrimi filii voto se obstrinxere, extorquendæ Ingeburgæ filiæ Ingonis regis in uxorem fratri suo Hiorvardo. Auctori nostro. cap. 4. Heidrici vero regis votum extat cap. 14. ubi eundem sacrorum ordinem observare licet. Primum enim consecrandus erat verres Freiæ, & id quidem* Jola afton *h. e festo vespere, qui alias dicitur* atfangadagur jola *vel* fyririol. *h. e. parascheve Gretla cap.* 30. *Olafs saga. peracto sacrificio, prospera omnia & secunda sibi ominabantur.* Kongr Sagdi ad þessi goltur væri suo heylagur, ad men skyllde fyrir þetta offur kunna ad dæma um all stor mal. *h. e.* verrem tam sanctum dicebat rex, ut perpetrato ejus sacrificio, de rebus omnibus gravissimis rectè judicari posset.

Com-

Compositis igitur manibus super setas ejus, vota concipiebant &c. Commessationibus istis finitis, donis se mutuo prosequebantur convivæ. Præcipua autem ejus esse debebat liberalitas qui convivium instruxerat. Gretla, cap. 18. Epter jolen biozt þorfinnur til heimferdar; oc leysti han marga med godum giofum i brut, þa er han hafdi til sin bodit. *h.e.* Finitâ commessatione Iolensi, domuitionem parabat Thorfinnus, dimissisque amicis ab se invitatis xenia & lauta dona distribuit. *Hunc xeniorum distribuendorum morem, septentrionales retinuerunt, post receptam Christianam religionem, sed sub auspicium novi anni, ipsis scilicet calendis Januariis, hanc munificentiam exercere voluerunt, licet convivia* Jolagæstabod *usq; ad* 14. *Ianuarij continuarent. Sed postquam peregrinos mores induere cœpimus, & parciora fuere convivia julia, & xenia fere nulla.*

Ingva Kongs ad Vppsaulum) *Hic fuit* Ingvi *sive* Ingo, *cognomento* Frey *vel* Frode, *qui Niordo successit. Sunt qui Odini filium dicant. Ab eo posteri ejus, Sveoniæ reges,* Inglingar *dicti. Variare nonnihil videtur Snorro, versionis Danicæ, dum ait Fiolnum filium Frey, dictum Ingver, posterosque ejus* Inglingar. *Sed monendum* Frey & Frode, *non proprium, sed commune nomen fuisse eruditorum sapientumque. Posuit ergo Snorro commune* Frey, *pro proprio Ingver. Vterque enim, Ingver sive Ingo pater, & filius ejus Fiolner dicti sunt* Frey *vel* Froder, *h. e. sapientes. De Ingone patre,* Langfedgatal *in* Ættarbogen; *de Filio Fiolnero, Snorro dicto loco, hoc testantur. Ita porro hoc nomen Frode placuit, ut complures reges illud sibi adsciverint, cum & alio singulari, sine dubio, appellati sint.*

Oddur hin vidforli) *Ita dicitur, quod Vlyssis instar, multorum hominum mores viderit, & urbes: unde cautum & consilio promptum fuisse adparet. Manu itidem strenuum fuisse, nomen* aurf *indicat; & tam ingenii quam fortitudinis nomine Ingoni regi charum acceptumque.*

Siþan eg kom i land þetta) *Extraneum fuisse Hialmarum, hic innuere videtur locus; & ut verosimile immigrationis Odianæ sive Asiaticæ socium. Vel, si indigena & civis Scandianus, quod potius credo, in alia Sveoniæ provincia natus, quæ non fuerat ditionis regis Vpsalensis, sed alterius reguli, quales multi antiquitus in Scandia fuerunt, nomine* Skatta Kongar, Fylkis-Kongar, Iarlar &c. *prout alibi nobis memoratum. In quibus subjugandis, augendoque regno, operam suam, strenue & fideliter Ingoni regi navatam hic deprædicat Hialmarus. Quo itidem ore in Andgrimi filios tanquam extraneos invehi potuisset, si ipse extraneus? Ab hoc Hialmaro viro & principe fortissimo, deductum crediderim vocabulum regis poëticum* Hilmer, *Scalldis satis frequentatum.*

Berserkium þeim utlendum) *An æqua sit hæc criminatio iudicabit lector ex genealogia. Hujus Andgrimi abavus Arngrim fuit ex Iotnaheim, uxoremque rapuit ex Sveoniâ Amam Imusi filiam. Eorum filius Hergrim, uxorem itidem sibi rapuit ex Iotna-*

heim Ognam Alfaſpreinge, *quæ ipſi peperit Grimum: duxit is Baug-gerdam uxorem, Starckatheri & Alfhildæ filiam, ex eaque genuit Angrimum duodecim filiorum parentem. Hic Andgrimus uxorem rapuit è Ruſsia Eyvoram Svafurlami filiam, ex Heidi, Sveoniæ regis Gylvonis, filiâ procreatam. Hanc majorum ſeriem filiorum Andgrimi, recenſet auctor noſter, quæ oſtendit in Gothia ipſos natos; ſed ex indigenarum & advenarum ſangvine mixto. Eo proinde referri debent verba* berſerkium utlendum, *quod licet Gothiæ cives eſſent, extraneorum tamen loco ab Hialmaro haberentur: Quia Ingoni ſubjecti non erant, & non paucis maleficiis in cives ejus cogniti.*


At Upſaulum) *Singulari numero inuſitata eſt hæc vox, in plurali vero tribus effertur caſibus: nominandi ſcil. caſu* Vppſaler; *gignendi caſu* Vppſala; *dandi & auferendi caſu* Uppſolum, *adjunctâ particula* at *h. e. in. Olafs Saga cap. 70.* Tiundaland er gofgaſt, oc beſt i Sviavelldi: Þangat lijtr alt riki. Þar ero Vppſaler; (*nom. caſ.*) Þar er Kongs ſtoll oc Arkibiskops ſtoll. Þar er vidkendr Vppſaula (*ging. caſ.*) audr. Sva kalla Sviar eign Svia Kongs. *h. e.* Tiundalandia fertiliſſima & præſtantiſſima eſt provincia Regni Sveoniæ; inde in ceteras imperium. Ibi etiam ſunt Vpſalæ; ibi ſedes Regia & Archi-Epiſcopi; Inde dicitur Vppſala audr. Ita vocant Sveones poſſeſſiones & prædia Regis Sveoniæ. Vppſaler *ergo, civium hoc loco degentium, non loci eſt nomen; Quemadmodum Pariſii non de urbe ſed hominibus accipitur. Gignendi caſus eſt* Vppſala, *& ſubaudiendum* By *vel* Stad *aut aliud ſimile, ut* Vppſala audr *h. e.* fundi regum Vpſalenſium. Olafs Saga. *cap.* 69. Skylldi vera blot at Vppſaulum, (*auferendi caſus*) *h. e.* Sacrificandum erat in Vppſalis, *aut* in loco Vpſalorum. *Hæc vel ſexcentis auctorum locis firmari poſsent, ſi res exigeret. Ex gignendi caſu* Vppſala, *cum ſubaudito nomine civitas, qui latine ſcripſerunt, Vpſala formarunt nomen proprium loci vel civitatis. Adamus Bremenſis.* Apud Upſalam dæmonibus adſtare ſolebat. *item.* Nobiliſſimum illa gens templum habet, quod Vpſala dicitur. *Saxo. lib. 6. de Starchatero:* apud Vpſalam conſtitutus. *Ita Erico etiam Olai dicitur. Et hoc quidem â noſtro idiomate flexum, non malè deducitur. Unde ergo jam uſitatum Vpſalia? unde, niſi e vulgari licentia & libidine nomina propria corrumpendi detorquendique. Nominantur autem* Vpſaler, *vel latine deductum* Vpſala, *ratione eminentioris ſitus ad prædia illa ruſtica* Sala & Vakſala, *in quibus etiam ſubauditur nomen* by. *Non ingratum lectori fore confido quod accuratius inveſtigare & exquirere hic ſuſceperim, quænam fuerit antiqua illa Upſala, ſcriptis & fama quondam per ſeptentrionem celebratiſsima, priſcorum regum, Deorum & Idololatriæ ſedes ac domicilium? Eane quam hodie incolimus, civitatis nomine inſignitam? an altera illa, octo circiter millia paſſuum ab hac diſtans, ruſtico pago, templo & regum tumulis conſpicua? Si eis fidem ſimpliciter habere velimus, quæ ab annis non paucis, hac de re ſcriptis prodita ſunt, dubitandum non erit quin veterem illam hodie incolamus, quæ re Chriſtianâ penitus confirmatâ, in antiquam hanc ſedem ſuam remigraverit, exſtructa, qualis hodie conſpicitur, baſilica magnificentiſſima, quam Svercheri & Divi Erici regum pietati & ſumptibus deberi ajunt. Sub primis autem Chriſtianiſmi initjis*

hinc ad tumulos regios translatam, ne veteris idololatriæ memoriâ turbarentur Christiani, si in eodem loco sua sacra peragerent, ubi prius patres ipsorum & ipsi Thoro, Odino, & Friggæ immolaverant. Nituntur hæc inprimis fide & auctoritate Erici Olai, cujus hæc sunt verba, initio lib. 1. hist. Extāt igitur in civitate juxta posita, & sub pede montis ejus, trans amnem, in loco humili, depresso & quasi paludinoso locata, monticulus quidam **Konungzhöger** vocatus, in quo regia domus & habitatio creditur instituta & multo ibidem tempore continuata. Deinde quasi ad eminentiorem locum ad colles quosdam sublimes & planos non longe distantes ab urbe, & à loco Deorum præfato translata, ubi etiam postea, multo decursu temporum reges residere consveverunt; qui locus nunc antiqua Vpsala vocatur ob translationem sedis Archiepiscopalis; sed antiquior est illa quæ nunc Vpsala dicitur, & ubi nunc Archiepiscopalis sedes floret, metropolisque Vpsalensis. Nam fide tandem Catholica in regno firmatâ, fundandæ Cathedrali Ecclesiæ electus est locus in collibus illis, ad quos, ut præmittitur, translata jam fuerat sedes, sed in loco illo famoso & celebri, ubi trium Deorum cultus & templum sub gentilitatis decursu, floruerat, exstirpatâ & eliminatâ omni idololatriæ spurcitie, ædificata est ecclesia beatissimæ trinitatis. *Quod de fundatione templi Chathedralis in rustica illa Upsala, & deinde de translatione sedis Archiepiscopalis in civitatem, scribit, vera omnino sunt: sed quod de translatione sedis regiæ, & antiqua Upsala addit, in eo falli ipsum omnino mihi persvadeo. Nam rustica, etiamnum antiqua Upsala dicta, quod antiquissima illa & idololatrica fuerit, indicia haud levia evincunt. Illa in suo & proprio fundo ædificata est, qui ad portam usque civitatis pertingit, argumentum non infirmum veteris dominii. Hodierna autem civitas non in proprio sed in aliorum prædiorum fundo, nempe* Staby, Laßby, Kabo *sita est. Deinde omnibus id notum, Septentrionis Monarchas, non Sveoniæ & Gothiæ Reges, sed Reges Vpsalenses quondam appellatos; nempe à sede regia: licet omni illi ditioni imperaverint, quæ Sveoniæ & Gothiæ nomine veniebat, & communiter* Sviavelldi *dicebatur. Vbi ergo antiquæ regum sedis documenta inveniuntur, ibi etiam antiqua Vpsala statuenda est. At jam pagi rustici prædia duo, templo viciniora nomen adhuc servant sedis regiæ, vocanturque* Konungs-gården, *quod ibi quondam habitaverint. reges. Quis ergo ambiget de situ veteris Vpsalæ. Sed annon & idem supra dixit Ericus Olai, inquies, cum scripsit* Regum sedem illuc translatam? *non illuc translatam aio, sed ibi primitus fundatam, & inde, ni fallor, in eum locum translatam, ubi nunc arx Regia est, in ipsa civitate, quo etiam non longo post tempore civium multitudinem, sacra & religionis Antistites traxit. Diserte enim ostendit Olafs Saga cap. 69. circa prima Christianæ religionis tempora, reges antiquam illam Vpsalam deseruisse, nec se amplius reges Vpsalenses, sed reges Sveoniæ vocasse: fuitque Ericus Victoriosus ultimus eorum regum, qui reges Vpsalenses dicebantur, Christianorum autem in Sveonia Regum primus. Daniæ enim regno jure belli potitus, a Poppone baptizatus fuit, inductus miraculo ferri candentis ab ipso impune nudis manibus portati. Erici vero victoriosi filius Olaus Skautkonung, spreta veteri consvetudine, non Vpsalæ sed*


Sveo-

Sveoniæ regem se primus vocavit, ut ait auctor noster. cap. 20. Prope hunc locum nempe Konungsgården, *congesti sunt ingentes illi tumuli, defunctorum regum monumenta sepulcralia: Veteris Vpsalæ documentum vel inter prima. In proximo etiam torrens* ſamna, *sic dictus quod ibi congregari antiquitus solebat regni communitas, ad comitia, ad sacra, ad judicia, ad mercatum instituendum. Fluvium Vpsalam præterlabentem quondam Fyri appellatum, ex Edda doceri possumus; collisque in cujus radicibus tumuli regum excitati, Snorroni* Fyriſvalld *dictus, uti & rusticis Vpsalensibus jam dicitur; nempe ab alluente fluvio* Fyri. *Eandem etiam ob causam late patens pratorum planities, quæ Vpsalam veterem amœnam quondam reddidit,* fyrisengen *appellatur; cujus tamen pars quæ ad orientem vergit,* valengen *jam dicitur, â memorabili, ut puto, strage (*valr*) Hugleki, Jorundi & Erici, qui cum Haquino conflixerunt: quod in* Fyriſvald *contigisse Snorroni memoratur. Sed jam ostium tantum istius fluvii priscam nomenclaturam* Fyri *retinet, ipse vero fluvius â prædiis vel civitate quam alluit jam nominatur; nempe* Sala Å *fluvius Salæ,* Vpſala Å/ *Fluvius Vpsalæ. Sunt qui fluvio nomen proprium faciunt Salam, & inde Vpsalam dictam putant, ut Joh. Magnus lib. 1. cap. 6. Sed perpendere debuisset in ista denominatione, consvetudine lingvæ nostræ, præcedere simplex, appositum sequi debuisse; formandumque inde.* Salaköping, Salaby, Salaborg, *aut aliud ejusmodi, ut* Lidköping *â flumine Lida in Vestrogothia;* Falköping *â territorio Falan, & ejusmodi sexcenta. Sed ad propositum redeamus. Inter alia veteris & rusticæ Vpsalæ monumenta, ipsa templi pars, quæ turris quasi vicem jam præstat, considerationem meretur. Ejus hæc est structura, ut post Christianam religionem introductam, vix possis cogitare ædificatam. Similem certe alibi non videas. Totum opus saxo rudi, sed tamen satis lævi structum, figurâ quadrata: ita ut parietes insistant octo latis columnis, & totidem patentibus portis, altitudine pedum 24. & rotundo fornice arcuatis, adinstar templi Jani Quadrifrontis, licet illud quatvor tantum portas habuerit. Postquã vero ædificiũ hoc accessio factũ est templi, postea adædificati, portæ istæ alio lapide obstructæ sunt, ut cuilibet ad oculum patet; exceptis duabus, templo contiguis, quarũ arcus, sublata media columna, alio adhuc arculo secti & fornicati sunt, ut fornici ipsius templi responderent: prout subjecto schemate monstratur **. Non audeo quidem dicere hoc ipsum fuisse templum trium Deorum, quod longe illud splendidius fuisse scriptoribus memoretur; & sine dubio â Christianis penitus excisum sit, ad abolendam memoriam idololatriæ: vix fallar tamen si eorundem temporum, & publici etiam usus fuisse dixero. Nempe sepulcra ibi regum sunt, ubi ipsorum funera publice curabantur, & sacra fiebant, pro felici ipsorum migratione ad Valhall, h. e. aulam Odini: qui regum & virorum fortium in altera vita certus receptator, & strenue factorum æstimator ac remunerator largissimus. Legantur ultima Ragnari Lodbroki, quibus Epicedium suum claudit. Cuicunque tandem usui destinata quondam fuerit undique pervia hæc & fornicata structura, certe inter ipsam regum habitationem* Konungsgården *& tumulos sepulcrales sita est, ut conjectare possis regum emortualia hic peracta, aut publicas istas commessationes* Konungs arfſöl. *Hæc nisi fallor, satis monstrare possunt Rusticam hanc Vpsalam antiquam illam fuisse de quâ nobis instituta disceptatio fuit. At dubitare nos facit versio Danica Snorronis? quæ de nostris regibus nonnullis;* **han blef lagt i en höy wed Vpſal/ han blef lagt i en höy**


III.FI.



F. V.



F IV.




III. *Fig. Interior veteris structuræ conspectus.* cccccccc. *altitudo portarum.* tt. *contabulatio tecti veteris.* rrrr. *contabulatio tecti posterius facti.* nccn. *arcus portarum altiori arcu secti.*

IV. *Fig. est basis Figuræ prioris.* cccccccc. *latitudo portarum.* oooooooo. *basis octo columnarum.*

V. *Fig. bina latera ædificii veteris.* cccc. *portæ.* oooo. *columnæ.*





I. *Fig. exhibet conspectum totius templi, nempe* a a. *vestibuli.* b b b b. *ædificii veteris Ethnici;* cc. *portarum ejus.* e e e e. f ff. *Templi Christianorum structuræ duplicis.*

II. *Fig. Repreſentat baſin vel fundamentum* a a. *veſtibuli.* b b b b. *ædificii veteris.* c c c c c c c c. *portarum ejus, quarum* g c. *aditum in templum præſtat; & oppoſitæ* c. c. *cum deſtructa columna* h. *templo contiguæ & altius fornicatæ ſunt.* i i i. *fulcimentorum fornicis.* k. *cochleæ anfractuoſæ.* l l. *Sacelli vel adyti.* m. *ſepulchri divi Erici Regis.* 10. 20. 30. *Scala ulnarum, quarum ſingulæ duos continent pedes Romanos.*

hon hoos Upsal. *Unde colligi videtur tumulos istos extra civitatem fuisse? Voluit interpres exprimere vetus illud* at Vppsaulum, *sed perperam exposuit*, hos *&* vid *Upsal. cum exponere debuisset* i *Vpsal, i.e. in Vpsala. Nec eorum approbare conjecturam possum, qui regum habitationem extra civitatem collocandam existimant, ex veteri consvetudine principum, qui extra civitates habitare antiquitus consveverint: ut, Vestrogothiæ Principes in Gautalà, Ostrogothiæ in Bielbo, Uplandiæ in Hatuna, extra Scaram, Skeningam, Sigtunam? Non deest, quod ad singula reponam, si opus; sed in præsentia satis erit ex* Olafs *saga cap. 69. & 70. monstrasse, universale sacrificium, comitia, conventum juridicum* almenneligit þing, *Nundinas anniversarias, & sedem regiam in uno eodemque loco fuisse: ipsa verba alibi in his notis nostris descripsimus. Sed quando inquies desierunt reges Vpsalæ sedere? Sub primis Christianæ religionis temporibus supra dixi, ex eodem cap. 69. Olafs sagu. Spreto enim titulo regum Vpsalensium, qui sedi regiæ debebatur, & assumpto Sveoniæ regum titulo, velut digniori, nulli se præcipue loco adstrinxerunt reges, sed ubi commodum illis & volupe fuit in regno degebant: Ut puta Birkæ, Sigtunæ, Hatunæ, & Upsalæ novæ, quæ jam civitatis nomine gaudet. Quia autem regum præsentia civibus non grata tantum sed & utilis esse solet, omnesque libenter eo confluunt, ubi promptiora beneficia percipiunt, haud inviti sedem mutarunt sacrorum Antistites, & in civitatem migrarunt, ut regibus propiores essent. Quo vero tempore hoc contigerit non ita accurate definiri potest. Joh. Messenius in sua Pentaprotopoli, & alii, Svercheri & Erici regum tempore hoc contigisse produnt: sed idem Messenius Tom. secundo Scondiæ Illustratæ suum & aliorum errorem hisce verbis corrigit. pag. 25.* Anno M C LXIV. compellatus Alexander super Ecclesiæ Vpsalensis translatione, consensit, datis hac de re literis 9. Septemb. ad Petrum Vesmanniæ Præsulem, Cameræ Apostolicæ Commissarium, quibus mandat, ut deprehensa necessitate ac loci opportunitate, veniam transferendi concedat. Is proinde veteris & novæ statu situque Vpsaliæ fideliter oblustratis approbat translationem Archiepiscopæ, ad veterem Vpsaliam, ubi plurimis floruisset seculis cultus idolorum, loco admodum augusto sublimique, amœnissimam & amplissimam virentium pratorum habente per circuitum planitiem. Illa porro exhilaratus facultate Rex Carolus in ea qua steterat olim illustre idolorum fanum area, nobilissimam exorditur basilicam, jactis ex marmore fundamentis, quæ ducentesimum post annum ad fastigium fuerat deinceps perducta. *Et adhuc clarius Tom. Decimo, qui est censura historicorum Scondiæ. Notâ* D L IV. Communis est sententia (*scribit*) Sveticam hujus temporis scribentium historiam (*inter quos ipse Messenius*) quod Rex Sverche-rus & quidam Antecessorum, fundamenta posuerint Basilicæ ubi hodie persistit, Vpsalensis; & Sanctus Ericus continuaverit fabricam ad

Ipsum ferme frontispicium. Sed falluntur magnopere, cum Ingo sit mortuus M C XXIX; Svercherus A. MCLI; Ericus MCLX. Carolus autem Anno MCLXIV. impetraverit licentiam ab Alexandro Tertio Cathedræ ad veterem transferendæ Vpsaliam, â nova seu rurali: velut ipsamet testatur bulla, Petro Arosiensium Episcopo perscripta, ceu Romanæ Curiæ per Svetiam Commissario perpetuo: *& quæ sequuntur. De rustica Vpsala idem sentit quod alii, in qua tamen aliqua vetustatis monumenta invenire potuisset, sed in hac ne vestigium quidem. Tanti scilicet apud eum fuit auctoritas Erici Olai, ut de ejus sententia dubitare nefas duceret. Si quis autem firmioribus rationibus eam probare, quam ad hoc tempus factum est; & validiora de civili hac Vpsala, quam ego de rustica illa produxi, producere poterit, paratus sum ei accedere.*

Bidr hana kiosa) *Idem in re eadem consilium Thoreri Hersis vide Gautreks saga. cap.* 12.

Til holmgangu) *Innumera sunt exempla monomachiæ in veteribus historiis nostris, quæ hic colligere, in re minime dubia, haud necessarium. Dimicationis autem istius certus locus, certæ leges erant. Vide Saxon. Gram. lib. 2. de duello Agneri & Biarconis. item lib. 3. de Vbbonis pugna, & quæ notavit Stephanius pag.* 98.

Huors mans niding.) *Ipsa provocationis formula ad duellum, quod detrectare infamiæ censebatur. Lege omnino legem de duello in LL. veteribus ad VpLL. circa finem. Gautreks saga cap. 22. Gretla cap.* 20.

I þorf koma god vopn) *Idem censebat Asdis, cum in exilium ituro filio suo Grettero, avitum gladium tradidit. Gretla cap.* 15.

Mæler vel fyrir þeim) *Filios periculum certissimum subituros, non sine fausta prece dimittere potuit pater.*

CAP. V.

IArl er nefndr Biartmar, han ried firir Aldeioborg, oc þò han bæri ey hærra tignarnafn, þà var han ey orikare enn marger Kongar. Hañ atti Dottur eina barna er Suafa hiet: hun var skorungr mikill oc nu .roskin. Þàr attu Andgryms Synner fòr um: Nu snua þeir brædur þangat, oc er Biartmar spir til ferda þeirra, giorer han þegar veitslu i moti þeim. Sem þeir hafa dualist þar, Sagdi Angantyr ad Jarl villdi gipta honom Dottur sina? Biart-

BJartemar Jarl rädde öfwer Aldeyoborg/ och oansedt han bar icke högre ständz nampn/ war han doch wel sä rijk och mechtig som nägon Konung. Han ätte en dotter som het Swafa; hon war en artig pijga / och nu fullwuxen. Thär skulle Andgrims söner resa förbij; och drogo the thär inn: Jarlen fägnade them med Gästabod: och när the hade thär nogot dualst/ begärade Angantyr att Jarlen wille gifwa honom sin Dotter till hustru? Biartmar jakar thär till/ sä wel som dottren och lagamar

mar jatar þvy, oc bædi þaug: Er nu snuit til mikillrar veitslu: oc ad þessari veitslu eru þaug leidd i eina reckiu, Angantyr oc Svafa, dotter Biartmars Jarls. Enn er veitzluna þuerrar, byria Andgrims syner ferd sina til Sams-eyar. Þà sagdi Angantyr Jarle draum sin, ad honom sindist sem han være i Samsey, oc aller brædur hans, oc findi þeir marga fugla, oc dræpi þeir þa alla er þeir sau: oc litlu sijdar sneruft þeir annann veg à eyna, þa sia þeir fliuga à moti þeim erne tuo: oc þottist han ganga à moti audrum erninum, oc attu þeir hart vidskipti saman, oc settust nidur bader. Enn sa annar ernin atte vid ellefu brædur hans, oc þo þotti honom sem ernin irdi etri. Iarl sagde at þan draum þirfti ey ad rada: ad han være fyrer rikra manna falle. Angryms syner foro þà til Sams-eyar; oc þegar þeir komu þar, fundu þeir þà ad berserks gangur munde à þa koma: geingu þeir þà à land, sem þeir voru vaner, oc brutust vid skogin. Þeir Hialmar oc Oddur làu audrumeigin vid eyna: þad hiet i Unnarvogum. Hialmar oc Oddur geingu upp à land, oc uppà hæd nockra, ad vita ef þeir sægi nockud til Andgrims sona. Sem Andgryms Syner voru uppkommer à eyna, sau þeir skip þeirra Hialmars, oc Kiendu: var þà oc berserksgangr à þeim sem odast. Brugdu þeir þà suerdum sinum, oc bitu i skialldar rendur, oc grenjudu miog. Geingu þeir þà ad skipum: slò þegar i bardaga mikinn. Þeir Oddur oc Hialmar haufdu þar tuò skip vel skipud,

des nu till en stor gåstebodz högtijd: och i thenna bröllops Högtijd blef Angantyr och Swafa Biartmars dotter sångledde. Mot endan på gåstabodet lagade Andgrims söner sig till reds åth Samsö Angantyr förtalde Jarlen sin dröm/ att honom syntes som han hade warit på Samsö och alle hans bröder/ och funno thår många fuglar och dråpte them alla som the sågo. Ther efter wände the sig åth andra sijdan på öen/ och sågo thår twenne Örnar flyga emot sig. Och tycktes han gå emot then ena Örnen/ och togo the grufweliga hårt i hop/ och satte sig sedan nid både. Then andre Örnen tog i hop med hans ellofwe bröder/ och tyckte honom som Örnen fick råda. Jarlen sade att then drömen war intet swår at uttyda, ty han bådade store måns fall. Andgrims söner foro thå till Samsöö; och thå the komme tyt/ befunne the att berserks gång/ thet är raserij/ kom på them; gingo the thå up på landet/ och brutu nio stora trå i skogen/ som the wore wane. Hialmar och Oddur lågo på andra sijdan wid öen/ thår som kallades Vnnarwåg. The stego till landz och gingo upp på en högd/ att förnimma om Andgrims söner wore tijt komne. När Andgrims söner wore vpkomne på öen/ fingo the see Hialmars skep/ och kände them. War och tå raseriet som heftigast på them. Ty drogo the ut sin swerd/ och bijte i sköldkantarna/ och gråniade hijsligen; rände så till skepen/ och begyntes ginast ett skarpt slag. Oddur och Hialmar hade thår tu skep wel besatte/ som kallades Askar. Gingo tå sex af theße slagz-

er Askar hietu. Geingu sex berserker à huorn Ask, oc geingu med audru bordi fram, enn audru aptur. Enn þar voru suo goder dreingir inbyrdis, ad þar varde huor sitt rum, oc fiellu þar. Berserker drapu þà meñ alla er þar voru a skipunum, oc geingu siidan a land upp. þa huarf af þeim berserksgangr. (*suo seigia meñ um berserke, ad first er af þeim huerfur berserksgangur, þa eru þeir omattuger sem sotlera menn*) Nu sia þeir Oddr oc Hialmar huad berserker giora, oc geingu þeir þa ofan til skipaña sem hardast.

kempar/ på hwarthera asken/ huggandes sig fram ut med thet ena bordet/ och tillbaka uth med thet andra. meñ thår wore så goda drengiar innanbordz att the warde hwar sitt rum/ och föllo thår. Kämparna dråpo them alla som på skepen wore/ och gingo sedan upp på landet. tå förswann raseriiet af them. Så säges om berserkerna/ att strax thetta raseriet släpper them/ tå äro the wanmäktige som siuklingar. Nu såg Oddur och Hialmar hwad theße slagzkempar giorde/ och skyndade sig nider till skepen.

Oddr quad þà visu:

Mikill var mier otti
Einu sinni
Er þeir geingu
Utan ad Oskum
Tyrar lauser
Ero tolf saman.

Tå quad Oddur thenna wijsa:

Jag grufwade mig
Then ene gången/
Thå the lupe
Nider åth skepen
Bryniolösa
Tolf tillijka.

þa quad Hialmar a moti:

Ganga haler hrauster
Af herskipum
Tolf saman
Tyrar giarner:
Vid muno i afton
Odin gista
Tueir fullhugar,
Enn þeir tolf lifa.

Tå qwad Hialmar emot:

Gå modige karlar
Af Herskepen
Tolf till saman
Åstundandes wåra brynior:
Wij monnom i afton
Oden gästa (döö)
Twå modige karlar
Och the tolf lefwa.

þetta eitt ædra ord mælti Hialmar, so menn vita.

Alldrig hörde man Hialmar twifla på sig sielf/ förr än thenna gången.

Oddur quad þa visu:

þui mun eg ordi
Andsvor veita:
þeir skulu i apton
Odin gista
Tolf berserker
Enn vid tueir lifa.

Oddur qwad tå en wijsa:

Till thet ordet
Skal iag swara:
The skola i afton
Odin gesta
Tolf berserker/
Och wij twå lefwa.

Nu mælti Oddur: tueir ero koster fyre hondum: àd flya i skogen, eda bijda, oc veria hendur vorar.

Þa quad Hialmar:

Flyum vier alldrey
Fyrer heriendum
Ockrum, þo nockud
Odæler þike.

Berserkerner soktu nu a moti þeim med brugdnum suerdum; voru albloduger; oc eirn var hofdi hærri enn adrir: sa hafdi suerd þad er lysti af, sem solar geisla, oc var þad Angantyr med Tirfing. Þa mælti Hialmar: huort viltu helldur fielægi beriast vid Angantyr eirn, eda hina ellefu? Oddur suarar: vid Angantyr mun eg beriast, þui eg treisti betur skirtu miñi, enn brinju þinni. (Oddr hafdi feingid silkiskirtu þa a Irlandi, er alldrey festi vopn a.) Hialmar mælti: ef þier þiki þad meir ad beriast vid Angantyr, þa skal eg þad giora. Eda huar foru vid þa, er þu gieckst fyrer mier i manraunum? Halmar gick þa fram, enn Angantyr honom à moti: oc heya þeir sitt einvig med storum hoggvum oc hermanligre sokn: oc eingin mundi sied hafa sterkligre sokn, enn þeir haufdu. Oddr kalladi à berserkina oc mælti:

Eirn skal vid eirn
Orosto heya
Hraustra Dreingia,
Nema hugur bili.

Þir eiatudu þui. gieck þà fram Hiorvardur, oc bardist vid Odd: enn

Twenne wilkor åro för handen/ sade Oddur/ att fly till skogen/ eller bijda/ och wåria hånderna.

Tå qwad Hialmar:

Flyum wij alldrig
För håriarom wårom/
Fast ån the nogot
Synas grymme.

Slågzkemparna sökte nu emot them med dragne swerd/ och wore allöfwer bloduge. En war hufud högre ån the andre; han hade thet swerd som lyste af som solstrimor/ och thet war Angantyr med Tirfing. Tå sade Hialmar/ willtu heller stallbroder slås mot Angantyr allena/ eller mot the elleswa? Oddur swarar/ iagh will slås mot Angantyr: Ty iag drifstar mer på min skiorta/ ẽn på thin brynia. Oddur hade fått en silkesskiorta på Irländ/ som alldrig beet nogot wapn på. Hialmar sade: tycker tu thet wara mehr/ at slås med Angantyr/ tå skall iag thet göra: eller hwar forom wij tå fram/ thår tu gick för mig/ når thet skulle gålla på? Hialmar gick tå fram/ och Angantyr emot honom. Och begynte the sin strijd/ med grufwelig store hugg/ rusandes på hwar annan så heftigt/ att ingen hade nogon tijd sedt hårdare kamp/ ån the hade. Oddur ropade på the andre kemparna och sade:

En emot en
Till att slås
Om i åren karlar/
Och modet icke fattas!

The iakade thår till; och gick thå Hiorwarder fram/ och slogs mot

 silkis=

silkiskirtan dugdi suo vel til hlysar, ad ecki festi vopn à henne. Han hafdi oc suo gott suerd, sem suo var skarpt, ad þad beit iafnt briniu sem Klæde: oc sà haugg hafdi han veitt Hiorvardi adr han fiell. Þa gieck fram Hervardur, oc for à somu leid. Þa Hrani. Þà huor ad audrum. Eñ Oddur veitti þeim suo harda adsokn, ad alla felldi han þà elleſu brædur, oc var han þo ey sàr. Þà geck Oddr þangat er þeir Angantyr oc Hialmar hausdu barist; oc quad han þa:

Huad er þier Hialmar!
Hefur þu lit brugdid?
Þig qued eg mæda
Miklar under:
Hialmur er þin hoggvin;
En à hlid brinia:
Nu qued eg fiorvi
A fari þinu.

Þa quad Hialmar à moti:

Sar hef eg sextan,
Oc *slitna briniu,*
Svart er fyrer sionum,
Seinka eg ad ganga:
Hnaut mier vid hiarta
Hior Angantyrs
Huass blodresill
Hertur i eitre.

Oc enn quad han þetta:

Ati eg à folldu
Fim bu saman,
Enn eg unda þo
Alldrey à ladi.
Nu verd eg liggia
Lifs-and-vani,

honom/menn silkis-skiortan halp så wel till beskydd/ att intet wapn beet på henne; han hade och så gott och skarpt swerd/ att thet beet så wel på brynian som på klåde: och så hugg skiftade han med Hiorward/ förr än han fålte honom till Jorden. Gick tå fram Herwarder/ och for lijka så. Sedan Rani/och hwar efter annan. menn Oddur gick så hårt på them att han felte alla ellofwe bröderna/ och war han änthå icke sår. Tå gick han tijt som Angantyr och Hialmar hade slagetz/ och qwad thenna wijsa:

Huru står till Hialmar?
Hafwer tu ombytt färgan?
Nu orkar tu intet mehr/
För the stora såren:
Sönderhuggen är hiälmen
Och brynian på sijdan
Thitt lijf är nu kommit
På thet yttersta skredet.

Tå qwad Hialmar emot:

Sår hafwer iag sextan/
Och slitna brynia;
Swart är mig för ögon;
Jag orkar intet gå:
Stötte mig wid hiärtat
Angantyrs wäria
Med sin hwaßa udd
Härdad i etter.

Sedan qwad han thetta:

Åtte iag på landet
Fem bo tillsamman/
Doch war icke min hug
Att lefwa på landet.
Nu måste iag liggia/
Uthan hop till lif/

Suer-

Suerdi undadur
Sams i Eyo.

Särat af swerde
Här vppå Samsö.

Dreckur med Iofri
Iarla meingi
Ol gladliga
Ad Uppsaulum:
Madir marga
Mungat firda;
Ern mig eggia spor
I Eyu þessari.

Dricka hoos Kongen
Månge store Herrar/
Och göra sig glade
J Vpsala stad:
Monge blifwa trotte/
Af then goda dryck;
Jag biuder till att gå/
Orkar doch icke.

Leiddi mig hin hvita
Hilmers dotter
A Agnafit
Utan verda:
Saga mun sannast
Su hun sagdi mier,
Ad eg aptr koma
Alldrei munde.

Folgde mig till wägs
Kongens dotter hwijta
Vt på Agnafit
Ytterst på skären.
Then sagan blijr sann
Som hon mig sade:
Att iag alldrig monde
Komma tillbaka.

Huarf eg fra fogrum
Flioda saungvum
Alltraudur gamans
Austr vid Sota:
For skundadi eg,
Oc for kilid
Mesta sinni
Med hol-vinum.

Skildes iag nödigt
Från then fagra sång
Jungfruer sungo
Vt wid Sotaskär:
Dref iag på resan/
Och gick skepet fort/
Som mest thet kunde/
Med trogne wenner.

Dragdu mier af hendi
Hringin rauda;
Færdu minni ungu
Ingibiaurgu:
Sa mun henni
Hugfastur treigi
Er hun sidan
Sier mig aldrey.

Drag mig af handen
Gullringen röda
Och gif min unga
Jungfru Ingeborg.
Then thär skall wara
Henne itt sorgebud
Att hon härefter
Alldrig får see mig.

Hrafn flygur austan
Af hamar heidi;
Flygur honum epter
Orn ey minni;

Rammen flyger östan
Af hammar-hede/
Flyger honom efter
Örnen icke mindre:

þeim

Þeim gief eg Erni
Efftum brader
Sa mun af blodi
Singa minu.

Then stora örnen
Warder iag till steek.
Mitt blodh thet röda
Skall han och suga.

Hier epter deir Hialmar oc Angantyr. aller voru þeir brædur heigdir med vopnum sinum þar i einni: Enn Oddur flutti Hialmar daudan til Sigtuna. Ingibiorg dottr Inga Kongs, villdi ey lifa epter Hialmar, oc riedi sier sialfri bana.

Therefter dör Hialmar / och så Angantyr. Alle theße bröder blefwe thår på den vti stora högar begrafne / med sin wapn: menn Oddur förde Hialmar dödan till Sigtuna. Ingeborg Kong Inges dotter wille ey lefwa efter Hialmar och giorde af med sig sielf.

CAP. V.

ALdeioborg) *Oppidum hoc Gardarike sive Russiæ meridionalis fuisse, ex Snorrone Sturlæson patet, in vita Olai Tryggvasons, pag.* 168. *ubi illud ab Erico Jarl, piraticam exercente, spoliatum fuisse memoratur. Hoc etiam in dotem sibi paciscitur Ingigerdis filia regis Olai Skautkonungs, Jarislao Holmgardiæ regi nuptura. Olafs Saga. cap.* 88. Ingigerdis sagdi: ef eg skal giptast Iarisleifi Kongi, þa vill eg hafa Aldeigiuborg i tilgiof mina, oc Iarls Riki þad er þar liggr til. Oc Sendimenn jatudu þessu af hendi Kongs sins. *h. e.* Dixit Ingigerdis: si Iarislao regi nubere debeam, Aldeigioburgum in dotem peto, & subjectam ei ditionem: quod legati, nomine regis sui, etiam promiserunt. *Meminit & Oddus Monachus in vita Olai Tryggvasons regis.* A hinum næsta sumri for han i Garda austr, oc var i Aldæigiuborg æin vetr. *h. e.* Proxima æstate in Russiam, quæ Orientem spectat, profectus est, & per integrum annum Aldeigioburgi moratus est. *Fuisse porro oppidum maritimum patet ex Olafs saga. cap.* 217. Þeir komo i Sviþiod; redu þar til skipa; foro um sumarit austr i Garda; oc komu um haustit i Aldeigioborg: giordu þeir þà Sendimenn upp til Holmgards, à fund Iarisleifs Konungs. *h. e.* Terrestri in Sveoniam itinere venientes, adparatis ibi navibus Russiam in æstate petebant, adpellentesque Aldegioburgum circa autumnum, Legatos Holmgardiam expediverunt, qui Iarislaum regem convenirent. *Eadem Olafs saga cap.* 219. Magnus Olafs son byriadi ferd sina epter Iolin austan af Holmgardi, ofan til Aldeigioborgar; toko þà at bua skip. sin. *h. e.* Cœpto post natalitia Christi Holmgardia itinere, Magnus Olai Regis filius Aldeigioburgum descendit, navibusque adparandis curam impendit. *Mirum autem videri possit, quodnam itineris compendium Andgrimi filiis, Bolmum*

in

in Smalandia incolentibus, & ad condictum, cum Hialmaro & Arvar-Oddo, in Selandiæ insulâ Samsö pugnaturis, Aldeigioburgum in Russia fuerit? Parum abest quin credam insulam aliquam inter Sveoniam & Russiam, in Baltico mari sitam, isto nomine designari; præsertim cum mox addat auctor: þar attu Andgrims syner for um. *h.e.* Andgrimi filiis ad Samsö insulam properantibus iter faciendum erat per Aldeigioburgum. *Nisi forte piratis istis mari semper oberrantibus, illud compendiosissimum iter, quod prædandi facultatem suppeditabat.*

Honom syndist sem han være i Samsey) *Qui rebus grandibus, sed eventus ambigui, gerendis accinguntur, hos de instantibus curis anxios etiam per somnum species imminentium rerum agitare solent; sive illas ægritudo, sive divinatio animi præsagientis accersit: ut de Dario pugnam cum Alexandro Macedone conserturo, scribit Historicorum elegantissimus Q. Curtius lib. 3. ubi somniorum causam geminam expedire videtur, ægritudinem scilicet, & præsagientis animi divinationem. Et ægris quidem aut concitati animi tumultu perturbatis, per quietem, si quâ frui possint, multivariæ rerum species illudere solent. Unde somnia crebra, sed vana, stulta & ridicula existere notum est. Horum tamen causa â natura est, utpote ab humorum & spirituum animalium intemperie. A natura item sunt illa, cum rerum aut actorum, visorumque imagines animo in somno recurrunt; aut quæ facere destinavimus, firmiterque menti impressimus, in quiete nobis repræsentantur. De præsagientis autem animi divinatione non ita facile expediri potest quæstio; unde scilicet species rerum imminentium animo subjiciantur: illæ nempe de quibus nunquam cogitavimus, quæque non dum exstitere. Utrum animus suâ natura illas accersat, an aliunde suggerantur. Prius videtur Cicero sentire, in Catone suo, prope finem. Ubi multis præclare disputatis, ex Xenophontis Cyro de animæ immortalitate, ita porro ex eodem ait.* Videtis nihil esse morti tam simile quam somnum. Atque dormientium animi maximè declarant divinitatem suam: multa enim, cum remissi & liberi sunt, futura prospiciunt. Ex quo intelligitur, quales futuri sint, cum se plane corporis vinculis relaxaverint. *Eadem prope ex Socrate Platonis repetit. lib. 1. de divinat. cap. 29. Cum enim causam reddidisset somniorum in animis agrestibus & immanibus, de ceteris ita disserentem inducit Q. Fratrem.* At qui salubri & moderato cultu atque vita, quieti se tradiderit, ea parte animi, quæ mentis & consilij est, agitata & erecta, saturataque bonarum cogitationum epulis; eaque parte animi, quæ voluptate alitur, nec inopia enecta, nec saturitate affluenti; (quorum utrumq; perstringere aciem mentis solet; sive deest naturæ quippiam, sive abundat atque affluit) illa etiam tertia parte animi in qua irarum existit ardor, sedata atque restincta, tum eveniet, duabus animi temerariis partibus compressis, ut illa tertia pars rationis & mentis eluceat, & se vegetam

ad ſomniandum, acremque præbeat: tum ei viſa quietis occurrent tranquilla atque veracia. *Mox item ait*: *Pythagoricis eandem ob cauſam interdictum, ne fabâ veſcerentur, quod is cibus inflans, tranquillitati mentis contrarius eſſet* Cum ergo eſt ſomno ſevocatus animus, a ſocietate & contagione corporis, tum meminit præteritorum, præſentia cernit, futura prævidet. Iacet enim corpus dormientis, ut mortui, viget autem & vivit animus. *Porro ait Poſſidonium tribus modis cenſuiſſe Deorum appulſu homines ſomniare*: Uno, quod prævideat animus ipſe per ſeſe: quippe qui Deorum cognatione teneatur. altero, quod plenus aer ſit immortalium animorum, in quibus tamquam inſignitæ notæ veritatis adpareant: tertio quod ipſi Dii cum dormientibus colloquantur. *Item.* Is qui ante ſagit, quam oblata res eſt, dicitur præſagire, id eſt futura ante ſentire. Ineſt igitur in animis præſagitio extrinſecus injecta, atque incluſa divinitus. *Item* a Deorum natura hauſtos animos & libatos habemus. Cumque omnia completa & referta ſint æterno ſenſu, & mente divina, neceſſe eſt cognatione divinorum animorum animos humanos commoveri. *Et poſt pauca.* Viget animus in ſomnis, liberque ſenſibus ab omni impeditione curarum, jacente & mortuo pœne corpore. Qui quia vixit ab omni æternitate, verſatusque eſt cum innumerabilibus animis, omnia, quæ in natura rerum ſunt, videt, ſi modo temperatis eſcis modiciſque potionibus ita eſt affectus, ut ſopito corpore ipſe vigilet. *Quibus ſubjungit quæ de Socratis genio ſcriptis prodita ſunt; pluraque alia ex Stoicorum mente commenta ibidem memorat Q. Cicero. Ipſe autem Tullius lib. 2. de divinat. Omnia iſta tanquam incerta & vana rejicere videtur, uti & omnem Augurum, Haruſpicum, Auſpicum, Sortilegorum, Caldæorum & Conjectorum ſcientiam. De ſomniis ita ait.* Primum igitur intelligendum eſt, nullam vim eſſe divinam effectricem ſomniorum. *deinde omnia naturæ tribuit.* Naturam autem eam dico, *inquit*, quâ nunquam animus inſiſtens, agitatione & motu eſſe vacuus poteſt. Is cum langvore corporis, nec membris uti, nec ſenſibus poteſt, incidit in viſa varia & incerta, ex reliquiis, ut ait Ariſtoteles, inhærentibus, quas vigilans geſſerit, aut cogitarit, quarum perturbatione mirabiles interdum exiſtunt ſpecies ſomniorum. *Item.* Inſunt animis vigilantium cogitationum veſtigia. *Multa item alia adfert ibidem Cicero, non quidem contra ſomnia, nec quæ omnium ſomniorum cauſam & naturam aperiant, ſed quæ ſomniorum divinationem & interpretationem refellant. Ita enim concludit.* Explodatur hæc quoque ſomniorum divinatio pariter cum cæteris. Nam ut vere loquamur, ſuperſtitio fuſa per gentes, oppreſſit omnium fere animos, atque hominum imbecillitatem occupavit. *Et hæc quidem recte Cicero, adverſus eos qui ſomniorum interpretationem ſcientiam & profeſſionem faciunt, quibus nihil poteſt eſſe vanius. Somnia interim non nulla certæ eſſe ſignificationis, eventus ipſe docuit, quæ à vigilantium cogitationum veſtigiis excitari non potuerunt, earum nempe rerum, quarum cogitationem nunquam ſuſcepimus,*

pimus. Hæc pro somniantium conditione â bonis vel malis geniis suggeri non potest negari. A divino etiam instinctu afflatuque somnia aliqua proficisci, sacræ monstrant literæ, quæ nulla disputatione refelli possunt. Adeo enim hæc ista superant, ut in comparationem nullam venire debeant: licet illa quoque aliquid habeant humanâ facultate majus. Vide elegantem Joachimi Camerarii commentarium de generibus divinationum. Sed paucis expediundum est somniũ Angantyri, cui concordare videntur ista Platonis â Cicerone versa lib. 1. *de divinat.* Cum dormientibus, *inquit*, ea pars animi, quæ mentis & rationis est particeps, sopita langveat: illa autem, in quo feritas quædam sit, atque agrestis immanitas, cum sit immoderato obstupefacta potu atque pastu, exultare eam in somno immoderateq; jactari. Itaque huic omnia visa objiciuntur â mente ac ratione vacua: ut aut cum matre corpus miscere videatur, aut cum quovis alio, vel homine vel Deo, sæpe bellua; atque etiam trucidare aliquem, & impiè cruentari &c. *Naturæ itaque censeri debet, quod Angantyrus rapinis & cædibus imbutus, ferisque animi exercitationibus adsvetus, pugnas, cædes, sangvinem somniaverit. Quod autem visis adeo manifestis certisque de pugnæ eventu, suoque & fratrum interitu quasi admonitus fuerit, id â malo ipsius genio ipsi suggestum fuisse, quis poterit dubitare? Si quem de visis & somniis plura delectabunt, legat Luciani somnium, Macrobium item, & amœnioris ingenii principes poetas, qui largam messem suppeditabunt.*

Bitu i skialldar rendur) *Lege paria apud Saxon. Grammat. lib. 7.*

Askar hietu) *Sic nempe a structura & forma dictæ.*

Vid mun' i afton opin gista) *Non quidem prorsus idem hoc est, quod veteres* misſmæle *vocarunt, sed ei perquam simile & par. Non potuit enim non ominosum videri, virum fortissimum, & virtuti suæ nunquam diffisum, cum tamen sæpe in ultimis discriminibus versatus fuisset, iam ante dubiæ istius aleæ experimentum, sinistrum exitum velut desperando sibi præsagire. Semper autem mali ominis habitus est lingvæ lapsus* misſmæle. *Olafs saga hin minni. cap.* 78. *de rege Olao Crasso.* Þad er sakt, at þar sem Kongur var komin, at lyng var mikit þar, oc ber à: oc nu ser Kongur lid boanda, oc mælte: illt ber oc argt sagde han: Enn han villdi sua mæla, ad illt lid oc argt være þad er þà for imoti honom. Þa suarar Ragnvalldur Brusason: misſmæle er þetta herra, sagde han. Kongren suarar: haf þu þad at mærke, at þà muntu eigi hafa lengra olivat, enn ec à nu, er þu mælir slikt misſmæle. Oc sua var, þa er Þorfinnr Jarl kom i eyarnar. Þà geck Ragnvalldr þar sem elldar varo kinder. Oc er han kom i huset, þà mælti han: þa hafum ver fullivat þar sem elldar þesser ero brunner; enn han villdi sua mæla; at þà vore þeir fullelda. Nu kiemur honom i hug huad Kongren mælte; oc sagdi sua: Nu er Þorfinnr frænde min komin i eyarnar. Oc þa kom Þorfinnr Iarl med lid sit; oc voru þa skammer lifdagar Ragnvallds eptir. *h. e.* Dictum est, locum in quo constiterat rex, densis vestitum ericis fuisse & myrtillis bacciferis; videbat autem tunc rusticorum exercitum contra

ſe tendentem; Et o malas, inquit, ac improbas baccas; dicturus autem erat, malas & improbas copias contra ſe properantium. Lingvæ hic lapſus eſt domine, excepit Ragnvalldus Bruſæ filius Orcadenſium Comes? Imo hoc tibi indicio ſit, reſpondit Rex, tibi de vita non plus reſtare, quam mihi nunc, ubi ſimilis tibi lingvæ lapſus & error contigerit. Quod & eventus docuit, cum Thorfinnus Comes in inſulas venit. Acceſſerat autem Ragnvalldus ad locum ubi ignes erant excitati: & his inquit lignis conſumptis vitæ curſum peregimus. Voluerat autem dicere, ſat ipſos calefactos lignis conſumptis. Statim vero recordatus eſt verborum regis, & Thorfiñum cognatum ſuum adfuturum dixit. Et jam acceſſerat Thorfiñus cum copiis militaribus; breveſque admodum poſtea fuere vitæ dies Ragnvalldo. *Poſteriora, quæ de Ragnvalldo agunt, variatis nonnihil verbis, ex Jarla ſaugu refert Magnus Olavius in Lexico Runico, quæ vide ad vocem* miſmæle. *Ita quod Hialmaro excidit verbum mali ominis index, per inverſionem excepit & correxit Arvar-Oddus:* Þeir ſkulu i apton Oþin giſta. *Stragem ſcilicet & internecionem hoſtium capitibus vovens: ſibi autem, ſocioque fauſta & felicia hâc formulâ precatus:* Enn vid tueir liſa. *Ita nempe mos erat veteribus, in rebus arduis agendis, quod bonum, fauſtum, felix fortunatumque eſſet, præfari. Cic. lib. 1. de divinat.*

Huâr foru vid þa) *Generoſi animi nota, ardua & periculi plena; non in alium conjicientis ſed ſibi depoſcentis.*

Oddur hafdi feingit ſilkis-ſkirtu) *Non corpus ſolum, ſed & veſtimenta, carminibus magicis ferro inviolabilia reddi ſolita, veterum hiſtoriarum documenta habemus. Olafs ſaga. cap.* 187. Þorer hundur hafdi finnferd haſt þeſſa tua vetur; oc hafdi han verit hvara tueggia vetur leingi à fialli, oc feingit of-fiar. Han atti margſkonar kaup vid Fiña. Han let þar gera ſer tolf hreinbialfa, med ſua mikilli fiolkingi, ad ecki vopn feſti à; oc miklu ſidur, enn à hringabrynio. *h. e.* Thorerus Canis ad Finnones profectus fuerat, per has duas hyemes; utraque autem hyeme diu in montanis moratus eſt, non ſine magnarum opum comparatione. Multam enim cum Finnonibus mercaturam exercuit. Ibi etiam ſibi confici curavit duodecim pellicea, ex pellibus rangiferorum, tam efficacibus carminibus imbuta, ut omnẽ ferri & armorũ aciem eluderent, multo certius quam ulla lorica.

Med ſtorum hoggum) *Saxo Grammat. lib.* 2. In cujus ingreſſu utri prior feriendi copia deberetur, diutulè certatum eſt. Non enim antiquitus, in edendis agonibus, crebræ ictuum viciſſitudines petebantur; ſed erat cum intervallo temporis etiam feriendi diſtincta ſucceſſio; rariſque, ſed atrocibus plagis certamina gerebantur: ut gloria potius percuſſionum magnitudini quam numero deferretur.

Eirn ſkal vid eirn oroſto heya) *Ita fieri par erat inter pugiles, & in monomachiâ, Upſalæ pridem condictâ. Utitur autem hic auctor noſter ſimplici expoſitione facti, quæ nihil habet quod veri fidem excedat. Saxo autem lib.* 5. *cum idem hoc factum, eodem prope tenore narraſſet, tantâ id hyperbole claudit, ut eis quæ vere ſcripſerat, fidem*

dem deroget. Audiamus verba ejus. Sustulit autem Arngrimus duodecim ex Osura filios. &c. Hi ab adolescentia piratico muneri incumbentes, uno omnes forte navigio Sampsô insulam advecti, duas in maritimis naves Hialmari atque Arvar-Oddi piratarum reperiunt, quas pugna adorti remigibus vacuefecere:atque an gubernatores oppressissent incerti, interfectorum corpora suis quæque transtris aptantes, quæsitos abesse cognoscunt. Quâ de re mœsti, partam flocci pendere victoriam: scientes sibi consequentis pugnæ discrimen majore salutis impendio subeundum. Quippe Hialmarus atque Arvar-Oddus, quorum jam pridem abrupto gubernaculo tempestas navigia laceraverat, alterius excidendi gratia nemus ingressi, ligni rudem extenuavere materiam, truncum dolabris ambientes, donec navalis instrumenti formam vastum robur indueret. Quod cum humeris impositum, sociæ cladis ignari, deferrent, ab Osuræ filiis, recenti oppressorum cruore madentibus lacessiti, duo cum pluribus ferro decernere coacti sunt. Nec par quidem congressus exstabat, cum geminam bissena manus exciperet. Ceterum victoria numero non respondit. Interfectis enim omnibus Osuræ filiis, oppressoque ab hisdem Hialmaro, victoriæ Arvar-Oddum titulus non fefellit. Quem solum ex tanto sociorum agmine fortuna residuum fecit: qui informem adhuc gubernaculi truncum, incredibili libratum nisu, tantâ vi hostium adegit corporibus, ut duodecim unico ejus impulsu contusos elideret. *At profecto nimis diu tam fatalem ictum distulisti Arvar-Odde, quo socium tuum fidissimum charissimumque Hialmarum servare potuisses! Itane tibi langvebant manus, dum illum latronum agmen obruit & confecit? Quomodo hanc culpam unquam deprecaberis? Ceterum vix credo te uno baculi jactu tot simul canes prosternere potuisse, ne dum ut unico ligni impulsu tot pugiles elideres, qui artis peritia istum vitare poterant. Nec uno Iupiter fulmine tot gigantes simul orco demisit. Saxo hic tibi injurius est, qui cum te virum & pugilem strenuum celebrare potuisset, confictus fortitudinis miraculis ita extollit, ut fabulam fuisse, quicquid de te narravit ostendat. Ejus generis sunt, quæ de Haldano Biergram pluribusque aliis memoriæ prodidit. Fateor me hoc nomine sæpe ipsi iratum fuisse, licet invitum, quod sibi historico ea permittat, quæ in panegyrista & poëta non sunt ferenda. Neuter enim horum id satagit, ut fidem superent, quæ in medium profert. Et hic, si quid majus inciderit, ex quo se extricare non potest, ad Deorum opem confugere solet, ne in fabula etiam, contra fidem veri, cujus imaginem tantum adumbrat, peccare videatur. Cur autem tali charactere utatur Saxo, indicare videtur doctus quidam Norvegus his verbis:* Finis scriptionis Saxoni propositus fuisse videtur, non ut veritatem delitescentem e tenebris in lucem erueret: sed ut Danicam nostram gentem non simpliciter illustraret; sed & ut Danos suos rerum gestarum magnitudine (a se tamen in antiquitatibus suis primis omnina ficta.) omnibus aliis, etiam illustrissimis gentibus atq; nationibus, vel pares, vel etiam superiores, imo heroas & tantum non Deos faceret.

At longe modeſtiores ſunt plerique ſcriptores Germani, Galli, Hiſpani, Ungari, Bohemi, Poloni, mei quoque Norvegi &c. *Ad mediocritatis igitur normam revocanda ſunt ejuſmodi ejus hyperbolica, ut ſua factis conſtet veritas. Quod idem de Johanne & Olao Magno monendum, qui Saxonis exemplo provocati, ſi quæ in narratis ſuis prædicationem merentur, ita extollunt, ut modum prorſus excedant: immemores hiſtorico non licere, quicquid ſibi panegyriſta permittit.*

Hefur þu lit brugdid) *h. e. mutaſti colorem, vel decolor factus es? Pugnâ enim & tot vulneribus confectus Hialmarus, amiſſo penitus ſangvine palluerat. Alio autem ſenſu de magis dicitur* ad ſkipta litum *h. e. colores mutare: cum vultum coloremque ſubinde mutant, aliumque adſumunt pro lubitu, ut videntes fallant & decipiant.*

Sar hef eg ſextan) *Quam acris inter Hialmarum & Angantyrum fuerit pugna, vulnerum indicare poterit numerus & magnitudo.*

Herdur i eitre) *An arma venenis tingere & inficere liceat, vide quæ eleganter notavit H. Grotius lib. 3. cap. 4. de jure belli & pacis.*

existimationi suæ consuluissent viri docti, si Lydio lapide fulgidum hoc metallum prius explorassent, quam se & alios eo decepissent, ut pro auro venditarent, quod vix scoria est. Quisquis autem fuit vanissimi ingenij homo, qui in Cimmeriis cerebri tenebris, adulterinum hunc fœtum concepit, & furtivo inde partu edidit, alios omnes, credo, fungos esse existimavit, qui falsa a genuinis discernere non possent. Indicavi hoc breviter in notis ad Gautreks saga pag. 7. & jam suffecerit monstrum illud indigitasse, per se facile ruiturum, si quis levi brachio impellere voluerit; sed id nunc agere non est animus, nec otium. Vidimus Iutas & Gothos eosdem non esse; jam porro videndum utris accensendi sint Ridgothi, & quid sibi velit nomen Ridgothorum. Rid & ryd *casæ sunt & prædiola, quæ in excisis primum sylvis constituuntur.* rydia *h. e. excisis arboribus solum culturæ aptum reddere. Ridgothi ergo sunt Gothi parvorum & in sylvis nuper excultorum prædiorum possessores, alio nomine Smalandi &* Smalendingar. *eadem scilicet ratione quâ Sveonum nomen deducitur ab Svidia, h. e. ustulatione sylvarum. Sed cur inquis, Ostrogothi & Vestrogothi non æque Ridgothi primum adpellati ac Smalandi? illos enim non minus quam hos in inculta primum venisse par est credere? Ea est causa, quod planiorem illi & patentiorem regionem nacti sint: Smalandia autem horridior & maxima sui parte sylvestris, nec proferendis agris ita apta, ideoque singula prædia, quæ parva satis, sparsim jacent: & pro eâ ratione etiam nomina sortita sunt, primæ excultionis haud ambigua indicia. Desinunt enim pleraque in* Rid, torp, hult, *vel* mala: *quæ agrorum possessiones angustas & parvas notant, uti & ipsum provinciæ nomen Smalandia, ut alibi observavi. Eorum prædiorum Smalandicorum nomina quæ in Rid terminantur, non pauca enotavi, ex indicibus rationum Cameræ Regiæ, ne existimares, benigne lector, me tibi fucum facere velle. Multa simpliciter adpellantur rid, quemadmodum etiam hult, torp, & mala; eorum autem quæ cum alius nominibus componuntur, hanc in præsens habe cohortem.* Agesrid, Apaldarid, Arid, Asarid. Backarid, Bagarid, Bankarid, Biernarid, Biersarid, Boarid, Borkarid, Bolmerid, Borsarid, Botnarid, Broarid, Briöttierid. Dannerid, Dåverid, Delarid; Dragerid. Eddarid, Edzarid, Ekerid, Elnarid, Embarid, Endarid. Fagrarid, Fallerid, Fiskerid, Flaserid, Fliserid. Germundarid, Gieltarid, Gilbundarid, Gorrid, Greflingarid, Groarid. Hagerid, Hagsiorid, Halfarid, Halsarid, Halmerid, Hangerid, Hellarid, Hialmerid, Hierterid, Hinkarid, Hökarid, Hölerid, Hörerid, Holmerid, Horsarid, Humsrid. Karid, Kålarid, Kiellerid, Klifarid, Knerid. Korparid, Krakerid, Kullarid. Lasarid, Lillerid, Löfsrid. Malmerid. Nætterid. Oggesrid, Opparid, Orrarid. Pärserid. Quarnarid. Ramnarid, Raterid, Ræfvarid, Rennerid, Risarid. Sallerid, Sansiörid, Siöarid, Skarserid, Skatarid, Skåparid, Skifterid, Skillesrid, Skogarid, Sköglerid, Skrubberid, Stafverid, Stemnerid, Stenserid, Stiggarid. Tallerid, Tingerid, Tokerid, Tranarid, Tufverid, Tunnerid. Vallerid, Vænarid, Veterid, Vermundarid, Visslarid, Ugglansrid, Ulfvarid. *Non solum autem rustica prædia, sed integræ etiam parœciæ sic efferuntur, ut:* Agunnerid, Almundzrid, Askerid. Bælerid, Bårid,

Borkerid, Brennerid, Burtzerid. Fagerid, Fliserid, Friderid, Frinnerid. Giællerid, Giotherid, Gryterid. Hallerid, Hialmerid, Hynnerid, Huiterid. Kiællerid. Langerid, Lekarid, Linnerid. Markerid, Mulsarid. Ørid. Pietterid. Sanserid. Tosterid, Traerid, Tuterid. Unnarid. *Plura exscribere non libuit, cum curiosis etiam hæc nimia videri possint. Eorum vero nominum quæ in Hult, Torp & Mala terminantur, & idem notant quod Rid, numerus longe est maximus, quæ, ne tædio sim, in præsens omitto. Cum itaque tot etiamnum in Smalandia supersint priscæ nomenclaturæ indicia & documenta, quis non jure existimet ejus incolas quondam Ridgothos dictos? & id fere per contemptum, quod sylvicolæ parvas primum habitaverint casas, & duro labore in incultis tesquis fruges & victum sibi quæsiverint. Ridgothiæ Princeps non semel auctori nostro memoratur Heidrecus; at eum ipsum Sveoniæ regem & Alricum etiam dictum non sine ratione observat Stephanius in notis suis, pag.* 125. *ad lib.* 5. *Saxon. Gramm. Quo autem modo hoc intelligi debeat, vide quæ infra notamus ad finem cap.* 14. *In Gothia etiam cum Gestiblindo logogriphis eum certavisse ex auctore nostro perspici potest. Sed utrum nomen antiquius est, inquies, Gothia an Ridgothia? Dico Gothiam, antiquius esse nomen, & latius patere, ac æquâ ratione sub se complecti Ostrogothiam, Vestrogothiam & Ridgothiam, sive Smalandiam: quarum priores situs ratione sic dictæ, tertii autem nominis rationem modo expedivimus. Sed nec satis liquidum unde simplex illud Gothorum nomen. Sunt qui ab Odini nomine* Gaut *illud deducunt: sed me doceant, velim, cur Franci, Saxones & alij populi, apud quos vi vel astu imperium sibi & filiis quæsivit, eadem ratione Gothi non fuerint dicti? Cur item Uplandi, apud quos maximam ætatis partem, Sigtunæ scilicet & Upsalæ, traduxit, indeque in alia regna idololatriam propagavit, præ aliis, non præcipuè Gothi sint appellati? Cum & Comites ejus plerique hic subsliterint, & Reipublicæ etiam partibus admoti sint; ut diserte hoc indicat Edda? At hos nemo unquam Gothos adpellavit. Nempe mago isto Odino, Gothorum in Scandia nomen longe antiquius. Nec falletur forsan, si quis contrario sensu, Odini cognomen Gautr à Gothis deductum dixerit? Conveniet hoc adsertioni Eddicæ. Enumeratis enim nominibus Odini, & in illis Gautr, hoc porro additur:* Er þad skiotast ad seigia, at flest heiti hafa verit gefen af þeim atburdum, ad sua margar ero greiner tungna i verolldini; þui þikias allir þiodir þurfa at breita nafni hans til sinnar tungo *&c. h. e.* Compendio dici potest, pleraque ista nomina Odino ea ratione imposita, quod tot sint lingvæ in orbe, ideoq; necessarium populis visum nomen ejus ad lingvæ suæ genium variare. *Videkindus lib.* 1. *rerum Saxonicarum pag.* 8. *ait:* à populi Duce Gotha, *Gothi appellati sunt. Nec aliter Snorro in Skalldskaparmalum:* Gotnar heto þeir men̄, er fylgdo Gotha Konungi, er Gotland er vid kent, han heitir af nafni Odins, oc dreigit af gautz nafni *h. e.* Gotini vocabantur, qui regem Gothum secuti sunt, a quo Gothiæ nomen: ille porro ab Odini nomine Gaut dictus fuit. *Sed notandum est Skalldorum hunc fuisse dictionis characterem in versibus, non vulgi sermonem; prout etiam auctori nostro, non semel* Gottar, Gottaþiod, *sed in carmine tantum legitur pro* militibus & bellatoribus, *quorum præses & numen Odinus, ut supra monui. In-*

de autem Gothicæ gentis nomenclaturam arcessere, vacillantis admodum conjecturæ esse putavi. Nobiliss: proinde Dn. Stiernhielmium ea de re consului, qui quæ sequuntur mihi rescribere non est gravatus: De notione nominis Gothici, quæ mea sit sententia quæris, Clariss. Dn. Vereli, Collega honorande? Eam paucis expediam; Nihil moratus eos, quibus usus est, Gentium & populorum nomina à Diis, aut primis conditoribus, iisque vel fictis, aut (minimum) incertis extorquere. Præterea Teutonas Tyskar/ à Deo Tuiscone vel Theut, vel à German Germanos; Britones à Bruto; Francos à Francione, Ducibus Trojanis; Danos à Rege Dan; Gothos si non à Gethar, à Gautr, cognomine Dei Odini; Svedos à Svider, & hoc ejusdem Dei nomine; Et Swenska à Rege Sven, nomina & appellationes gentiles sortitas. Conjecturæ hæc sunt, nullo fundamine nixæ, & scriptorum fabulosorum, ne quid ignorasse videantur putida mendacia, & imposturæ. Exigua fuerunt regnorum & imperiorum exordia prima, obscura, nemini animadversa, & nullo nomine nota nec sibi, nec exteris cognita, & celebrata. Exempla tibi possem, si hujus esset loci, adducere sexcenta. Finnones nostri, domi nesciunt Finnones se vocari; Nos Rodselainos vocant, qui nos Swenska appellari putamus. Sic Russi, Aestij, Germani &c. aliter sibi, aliter alijs nuncupantur. Nec ipsa Europa, nec Asia, sibi sui nominis olim conscia fuit. Scytharum conditorem facit Herodotus Scytham Herculis filium, indeque nomen adeptos, quod falsum esse, nunc toti mundo constat. Magogo quinque filios affingit Johannes Magnus: Suenonem, Gethar, Ubbonem, Thorum & Germanum. Ex iis gentes & nomina condit Svenskorum, Getarum seu Gothorum, Ubsaliensium & Germanorum, quo auctore, qua traditione, revelatione, quavè fide ego augurari nequeo; nisi eâdem qua Aventinus Germanis, & Annius Viterbiensis, Italis, & Hispanis Deos & Reges, etiam antediluvianos prolixa serie, recensent. Sed ut ad metã revertar, & quæ mea sit sententia de origine nominis Gothici, sincerè aperiam; puto à notione & nomine *Pueri* indeque *Iuvenis*, & hinc *militis* nationi non solùm Gothicæ, sed affinibus etiam nomina indita. *Pueri* vel *filii* nomen abiisse in significationem militis atque adeo Nobilis, manifestum est in vocibus Knawe/ Knegt/ Swen/ Fant. &c. Quæ nomina omnia, *filium*, *puerum*, *servum* seu *famulum* atque *militem* adeoque *nobilem* & *Equitem* designant. Nobis enim notum est, Knapar/ & Suenar dici milites nobiles; Anglis etiam Knight/ Equitis aurati nomen esse. *Fant* in *LL.* veteribus nostris est puer, famulus, minister: Fänta/hodie quoque in usu, puella, ancilla; Teutonice Veijn/ Veijnt/ Vent/ & Swent Juvenis; Swente Iuvencula. Italis vox *Fante* à Gothis accepta explicatur, servidore, e servante; Item *Soldato à piede:* unde *fanteria & infanteria* dicitur militia pedestris. Eadem prorsus ratione, nomen *Gete*, *Gote*, Gut i.e. puer;

(à Gæta gignere, a quo etiam Gotte, tibimet ipsi in notis observatum, militem significare) *Juvenis*, atque inde *miles*, transivit in nomen ipsius nationis & gentis Getarum, Gothorum, Gutarum. quod ut certum & indubitatũ asserere vererer, nisi viderem, & mihi compertum esset, idem multis nostræ affinibus nationibus cõtigisse. Inde enim Norvegi nomẽ Baggar sortiti sunt, à Bagge scil. puer, idem quod Græcis παῖς, Gallis page, Anglis Boij, Nobis (in diminutivo) Poike: unde etiam nomen invenerunt *Boy*, & *Bojohemi*. Sic *Danos* à *Dan*, seu *Than* vet. *Thion* i. e. servus seu minister, à Tiena/ thiona/ Germ. dienen/ Anglo-Sax. Thenian servire, ministrare, obedire, denominatos esse nullus dubito: Quicquid nugentur de *Dan* filio Regis Humble, à quo Gentis Danicæ appellationem fluxisse, nonnulli temerè conjectantur. Minshæus in Lexico, cui titulus Ductor in lingvas, *Thanus*, inquit, *made a latine vord of Saxon. Thegne* or *thein: Thane signified some time, a Noble man, some time a free man, some time a magistrat, Officer, minister, or servant.* Citat Lambert. in voce *Thanus*. Pari plane notione, & analogiâ *Germanis* nomen factum est *Theotisci*, Die Teutschen/ Deutschen/ Tydskar &c. à Thiod/ Gens, populus: undè *Svithiod*, Iornandi *Svethidi*, gens *Suethica*, & hinc Italis *Svediotte*, Svedus. Thiod variè scribitur & pronunciatur, Thiot/ thiod/thiat/ Thied/ Diet/ Theod/ deod/ Tiud/ Tijd/ &c. Cambris Tud terra, Armoricè *gens. Ty*, & *Tyaid, domus, familia, servis constans & ancillis.* Ulfilæ *Tiud, Gens.* ad quam vocem vide Fr. Iunium in Glossario, ubi dicit: ab hoc etiam Thiod factum est *Theotisc, gentilis.* Unde Francis, Alemannis, omnes gentis suæ homines *Theotisci* dicebantur. & lingva Francica sive Alemannica nuncupatur iis *Theotisca*; quasi dicas gentilis sive vernacula. Sed unde Thiod? à thiena/ Tiona/ Anglo-Sax. Theovian servire. hinc Theov servus & fur (Svet. Tiuf) *Theova*; & Thiva (unde Moschovitic. Dieffa/ Svecis Däka.) Tio ancilla. Ulfilæ *Thiumagus* puer servilis, *thive* famulus, *thivi* ancilla. Et ab hac notione est *theod* multitudo hominum, in unius domini servitia & obsequia consentiens. *thiot* gens, multitudo servientium, seu parentium subditorum, plebs servilis, & in genere, populus universus. Hinc ortus nominis *Theotisci*, Teutsch. Sed unde *Francus*? an à *frey anck* h. e. liber juvenis, & minister? *ancus*, anculus, ancilla, anculare, ancillari, angariare &c. quæ omnia unius sunt stirpis non minus Celtica quam Latina, à Communi radice *Ag*, quod alibi demonstro. Propè erat, ut *Sviones* nostros sicco pede præterirem: Quibus unde appellatio the Swenska contigerit, indagare, postremus erit labor, nec tamen ille valdè operosus, si revertamur ad Suen, inquam, idem est quod Son filius, & in genere, puer, juvenis, minister; inde, ut prius dictum, miles ac ultimo Nobilis. Et hinc origo nominis gentis the Swenska. Sic ab Angl. *Jouth* juvenis, & juventus Ioute, Iuthas eadem, qua in præmissis, ratione, & analo-

analogia, quamvis ipsimet *Juthi* à *Gutis* tam nomen quam originem sibi vendicare malint. Bedæ Jutæ & Geada Ethelvardo Gioti scribuntur. Ex *Sven*, *Suante* filius, *Suanta* filia. Belgis *Svent* & *Svente*. hinc nomen *Amalasuentæ* Theodorici, Amalorum h. e Ostro-Gothorum in Italia Regis filiæ. Et tantum de origine nominum gentium. Pauca tamen libet addere, de ortis quibusdam vocibus à verbo *Gæta*, notione gignendi, pariedi &c. *Gotte* quod ipse observasti *militem* significare planè idem est quod *Gut* & *Gosse* (*ut* Gissa *à* gäta / Angl. to guesse conjecturare) Ejusdem stirpis est Ital. *Garzone*. Gall. *Garson*, puer, & *Garse*, & nostrum Gänta / puella, ancilla: à *Gosse* Cambricum est Guas: à quo compositum *Ty-wos*, famulus, domesticus: à *Gwas* latino-barbarum factum est *Gvassus*, & hinc *Wassus*, & hinc *Vasallus*, miles beneficiarius; & hinc Ger. Wesel / Weselin Orphanus, (ut à pupus pupillus) & hinc Svet. Wässal / miser pauper, Wesold / miseria. A *Gwas* præterea factum est Gall. *Guessin*, hinc ducit Cluverius Ger. Gesinde / puer; & miles. Item gueux, nebulo mendicus: ut à Gut, Belgic. Guyt furcifer, nequam. guyse scurra, sannio. Quod obiter hic notatum volui, siquidem pleraque notione pueri, famuli, servi, nomina initio bona, post ob improbitatem isti hominum generi consuetam, abeunt in significationem malam. Sic Angl. Knawe / Knäwel. sic Ger. Bub. Sv. Bof. Belg. Boef / Kalf: Theof / Tiuf / Tywas. item Italis *fante* interdum in malam partẽ sumitur. Sic Hora olim ancilla. item Sv. Kona & Angl. & Belg. *Quene*, olim uxor, hodie *Queane meritrix* est; ut & Italis à *putta* puttana, & Gallis *Garce*; nec nostris Gänta satis honorificum est. Cogitabam huic rhapsodiæ meæ finem facere: verum unum quo minus hic subsistam occurrit, suadens, aut potius urgens & instigans, ut quæ mea sit sententia de vero Etymo nominis *Germanici*, aperiam. Ducunt vulgò ab Ital. *guerra* bellum, Teut. werre, Angl. warre, quod à Ger. wehren / i. e. wärja defendere, Guer-man quasi wer=man / bellator, miles fortis, quod mihi non placet. Potuisset enim *Germanus* ex propria sua lingva denominari werman potius quam affini depravata Guerman. Nec minus displicet ex gar & man compositum Gar=man quasi *prorsus vir*. Plures hujus nominis notiones partim probatas, partim reprobatas, vide, si placet, ap. Ioh. Isac. Pont. Orig. Franc. l. 2. & Cluver. in antiq. Ger. Ego Germanos cum animadverto nationibus viciniffimis Borealibus, Danis, Svethis, Norvegis, Illandis, superioribus seculis, nec ita pridem nuncupatos Garpar; Eademque denominatione, multa in his oris loca, ab iis olim possessa, hodiè etiamnum appellari, inter quæ celebris est æris fodina, seu mons Garpberg dictus: Non possum non magnoperè mirari undè hæc apud nostras nationes, gentis celeberrimæ hodiè nulli alii nationi, hoc nomine Garp cognitæ, appellatio emerserit. *Carpos* antiquam fuisse nationem Germani-

manicam ex *Carpato* monte ad Istrum conterminam Gothis, Svevis, Quadis &c. (qui cum sociis *Carpis*, ditiones Romanas continuis incursionibus infestabant) disco ex Zosimo, Iornande, Orosio &c. Cluver. lib. 3. c. 43. Antiq. Ger. citatis. Ex horum Carporum, scil. situ propinquorum, in bellis sociorum perpetuorum, & hac ratione notissimorum, nomine suspicor Gothis & Svevis (quorum pars sumus Sveones) ex Dacia præsertim in has oras Boreales redeuntibus, omnes Germanos, sine delectu cognominatos. Nec absurdum fuerit cogitare, multos, una cum Gothis, *Carpos* in has terras immigrasse, suasq; sedes indigenis permistos occupasse; Eoq; *Carporum* nomen nostris præ, non solum Germanorum, sed omnium ferè peregrinorum appellationibus usitatum & familiare evasisse. Polonis Germani omnes Niemic, Finnis, & Æstiis, Saxones vocantur. Non itaque mirum si Gothis Germani, in exoticis nomine Carporum cogniti, eodem nomine domi nuncupati fuerunt Garpar. Hinc Gothis, & Svevis reliquisque vicinis nationibus Carpos vocatos Carp- vel Garp-män primitus, indeque, vitandæ molestioris pronuntiationis causâ (absorpto P.) Garmans Suboriri cuipiam posse autumo satis probabilem caussam conjectandi, primam, alias valde obscuram nunc Clarissimi nominis *German* originem. Pro Garpberg nobis sunt Garberg / pro Hofman / vel Hopman / Homman / & sexcenta similia, elisis f. & p. ante literas b. & m. molestis. Sed sepositis hisce, ut novis & non satis forte probabilibus conjecturis, restat nihilominus quærere, unde nobis Borealibus, hoc universale gentis nomen *Garp*, universæ genti, & singulis nationibus ipsis hodie incognitum, atque inauditum? An iterum ad conjecturas recurrendum? Nostra lingva *Garp*, hodie Garf veteri Cambrica Garw signif. acer, asper, audax; Italis à Gothis acceptum *Garbo*, gratia, buona maniera, gentilezza; *Garbato*, galante, gentile, polido. Gall. *Garbe.* Hisp. *Garbo.* Belle Façon, Bonne contenance &c. An hinc afferendum putem Germanorum, & fortè omnium in has terras venientium cognomentum Garpar / fluctuo, propior tamen credenti; dum considero, & confero mores exterorum, non solum antiquos, sed & hodiernos, cum moribus vulgi nostrarum gentium simplicibus, & verecundis; absque quo etiam solenne nobis est, & quasi innatum, nostra despicere, peregrina admirari, & magnifacere. Duo præcipua & eminentia observanda se insinuant in significatu vocis Garp / audacia, & elegantia. Utraque semper, etiam hodiè præ nostris (de vulgo loquor, & plebe promiscua) conspicui sunt, & fuerunt exteri, interque eos præcipui & ad odium usque procaces sunt visi Germani: unde quod initio honorificum fuit nomē Garp / sensim in contemptum abiit, & opprobrium. Has duas de origine nominis gentilitii Garp & Garpmader seu Garman depromere libuit conjecturas. Tu cui adhæreas,

&

& si fortè utramque improbes, scire gestio. *Quid vox* Garpr *notet, priscæ lingvæ proprietatem & genium intelligenti, in ambiguo non fuerit. Legatur Gretla, Torsteins saga & plures aliæ. De ea tamen disceptationem hic instituere non lubet, ne aliis præjudicio meo sim odiosus. Hæc quæ de Ridgothia sive Smalandia in medium attuli, alii ad Cimbriam sive Iutiam trahunt: & favere illorum sententiæ Snorro videtur, in iis quæ mythologiis Eddicis præmisit.* Þeir komo i Saxland; oc eignadiz Oþin þar vida landit; oc þar setti han til landzgæstlo III. Syni sina: Vegdreg red firir austr Saxlandi. Annar sonr hans het Beldeg, er ver Kollum Balldr; han atti Vesterfal, þat riki er sua heitir. Þridi sonr hans het Sigi; hans sonr Rerir, fadr Volsungs, er Volsungar ero frakomnir; þeir redo firi Fracklandi. Fra ollum þeim ero storar ættir komnar. Þà for Oþin i Reidgotaland, oc eignadist þat, oc setti þar son siñ Skiolld, faudr Fridleifs, er Skiolldungar ero fra komnir. Þat heitir nu Iotland, er þeir kolludu Reidgotaland. Þadan for Oþin i Suiþiod &c. *h e.* Venerunt in Saxoniam, eamque late occupatam tribus filiis suis gubernandam tradidit Odinus. Vegdrecus orientali Saxoniæ; Belldegus quem nos Ballderum dicimus, Vestfaliæ, ditioni sic nominatæ præfuit. Sigi filiorum tertius, Rerim procreavit, patrem Volsungi; à quo stirps Volsungorum, Franconiæ domina. Omnes hi potentium generationum principes exstiterunt. Inde in Ridgothiam profectus est Oþinus, eamque sibi subjecit, & filio suo Skiolldo dedit, patri Fridlevi, â quo Skiolldungi nominati sunt. Hæc jam Jutia dicitur, quam illi Ridgothorum terram vocaverunt. Inde in Sveoniam concessit Odinus &c. *Hæc de Odini in septentrionem profectione, non quidem vana fide finxit Snorro, sed veteri fama tradita, suo judicio ad ea regionum & incolarum nomina digessit, quæ posterioribus temporibus in usu fuerunt. Nam Odini tempore, quod in Caij Iulij Cæsaris ævum incidit, alia Germaniæ facies, alii regionum termini, aliæ populorum multorum sedes, alia nomina ab iis quæ postea abtinuerunt. Ut de aliis jam non dicam, Saxonum certe & Vestfalorum nomen Germaniæ tum incognitum, ne dum ut eas tunc incolerent sedes, quas nunc tenent. Quamvis laboret Philippus Cluverius lib. 3. cap. 21. Germ. Antiquæ, ut ex Fosis Saxones procudat. Sed, si fas esset eâ licentiâ uti, ex quovis quidvis fabricare possemus. Videtur autem hic datâ opera ignorare voluisse Cluverius, Saxonum nomen recentius & in Germania peregrinum fuiße, cum alibi, in Germania sua antiquâ, Vitichindi testimonio utatur; cujus hæc, initio lib. 1. de rebus Saxon. sunt verba:* Dum ea geruntur apud Saxoniam, quæ ita modo vocitatur, regionem &c. *Si modo, ergo antiquitus ita vocitata non fuit. Ex eodem insuper auctore intelligere potuisset, fortuitam istam nomenclaturam exstitisse, nempe, ex gladiorum nomine Sax, quibus in expugnandis incolis terræ Hadaland, gens advena tum utebatur. Scandianis quippe enses latiores, quibus cæsim feriebant, Sax dicti; quod nomen Norvegi & Islandi etiamnum retinent. Vera proinde ejusdem Vitichindi est opinio ex Danis & Norvegis Saxones educentis: Nam altera illa ex prædicatione græculi cujusdam hausta conjectura, de reliquijs dispersi exer-*

citus Alexandri Macedonis nullo nititur fundamento. Quapropter adsertioni nostræ officere non potest auctoritas Snorronis de Ridgotalandia Iutica, veterum temporum rationi haud congruens. Quamvis Snorronem hoc voluisse mihi nom persuadeam; suspicerque mendum leve in textum ejus irrepsisse, & pro genuina voce Ridjotalandia, Ridgotalandiam ab imperitis exscriptoribus substitutam. Potuere enim Ioti eandem ob causam antiquitus dici Ridjoti, ob quam Smalandi Ridgoti dicti fuerunt. Sed inquies Ridgothiæ Princeps Schiolldus in Daniæ regum ordine recensetur? Non video quid monstri inde timendum, si Ridgothiæ præfecturam fascibus Danicis permutaverit; prout ipsum nominis conditorem Danum nonnulli e Sveonia arcessunt. Majoris illud est difficultatis quomodo Scandiæ ea conciliari possint, quæ auctori nostro de prælio inter Angantyrum & Hunnos memorantur? Hunnos Scandiam quondam invasisse, eamque aliquamdiu oppressam tenuisse, quæ in Vilchina saga, & chronico vetusto, de Hertnido & Osantrige memoriæ prodita sunt, satis confirmant. Nec diffiteri audent Ericus Olai & Johannes Magnus; licet rem eam, ut nostris dedecorosam, strictim indigitent: Quasi non æque generosum sit fortia pati, quam facere, cum nihil timide, turpiter & effœminatè admiseris. Servat adhuc nominis eorum memoriam, in Vestrogothia, mons in circuitu amplissimus, & undique ferè abruptus, ac instar castelli naturâ munitus Huneberg, ubi se adversus coeuntem indigenarum multitudinem aliquamdiu tutati sunt Hunni. Universis tamen & singulis ad eorum ejectionem excitis, clavisque armatis, qui omni deinde tempore Klubbehären *h. e. exercitus clavarum dicti sunt, non sine datâ, acceptaque strage Scandia excedere sunt coacti. Cujus ductu auspicioque hæc patrata sint, ut in tanta temporum longinquitate & caligine, parum liquet: Conditum autem & commissum in campis* Dunheidi *prælium inter Angantyrum & Lauderum, in Scandia contigisse, tam absurdus non sum ut statuam, cum in finibus Scytharum ad Tanaim illud gestum sit. Scandiâ quippe ejecti Hunni & in priores sedes repulsi, vindictamque meditantes; Angantyrus item, non solis Scandianorum viribus, sed popularium etiam Gothorum, extra Scandiam degentium auxilio fretus, de prælii loco, ubi quam maximis utrinque copiis congredi possent, inter se facile consenserunt. vide quæ notamus infra, cap. 19. in voce herbod. Utrisque proinde commodissimus & huic rei oportunissimus visus locus ad* Dunam. *Sic vocatur Tanais; quamvis & eodem nomine veniat Danubius. Quod mirum non est, cum & Latinis scriptoribus ipse Tanais dicatur Danubius. Abr. Ortel. Thesaur. in voce Tanais.* Incolis hodie Don, & Italis Tana dicitur. Hunc fluvium quoque Danubium dictum, ut scribit Acro in Horatium, eo minus miror, quod videam utrumque, & Danubium & hunc Tanaim â suis accolis eodem nomine Don, hodie indigitari. *Idem in voce* Danubius. Danubium scribit Seneca 6. Natural. Europam

Asiam-

Asiamque disterminare: pro quâ Tanaim restituendum, nisi òbstiterit auctoritas Acronis in Horatium, ubi dicit Tanaim etiam Danubium dictum. *Utrum autem* Dunheidi *acceperis de loco aliquo ad Tanaim, an ad Danubium, nihil inde incommodi sententiæ nostræ accidet. Nam & Danubius antiquas Gothorum, Getarumque sedes præterlabitur: qui quondam idem populus: videatur Consultiss. Dr. Loccen. lib. 1. cap. 1: Antiquit. Sueogoth. Placuit his addere quæ Nobiliss: Dn. Stiernhielm ad me scripsit; ita vero ille*: Cum Tanais & Danubii nomina etiam â veteribus confundantur (*lege Acronem & Senecam*) mirum non est recentiores, inter quos Snorre Sturlæson, & quos sequitur ille auctores, Geographiæ imperitiores, pro Danubio nobis oggerere Tanaim, deceptos procul dubio cõmuni utriusq; fluvij nomine Dún, utriusque accolis & nunc & olim usitato, à Scytho-Sueo-Getico, Dona/ sonare tonare, strepere, tumultuari: undè etiam *Dunæ*, seu *Dyne* fluvio Livonico Etymon. Hic Snorronis error omnes sui sequaces secum in absurdissimarum sententiarum cœcam, & inextricabilem abyssum abripuit. Non possum non magnoperè mirari supinam oscitantiam virorum cætera oculatissimorum, qui nomen *Vanorum* ut vanissimum, & nihili, silentio prætermiserunt, nulla adhibita cura, undè nomen, & quæ *Vanorum* olim gens, & ubi sita fuerit. Quo reperto, viam apertam credo adventus Othini in Svethiam, ut & undè, & circiter quando.

Vannij Regis cujusdam, & regni Vanniani ad Danubium meminerunt Plinius Lib. 4. cap. 12. & Tacitus Annal. 11. c. 63. 3. his verbis. Barbari utrumque (Marobodunm & Catualdam) comitati, nè quietas provincias intermixti turbarent, Danubium ultra, inter Marum & Cusum locantur, dato Rege Vannio gentis Quadorum. Idem Tacit. Annal. lib. 12. Per idem tempus Vannius, Suevis à Druso cæsare impositus pellitur regno, quod 30. per annos prædationibus & vectigalibus auxerat. Et hinc patet Quados nationem fuisse Suevicam, conterminam Getis, ut scribit idem Tacit Annal. 2. Erat autem regnum Vannianorũ Snorroni, & Eddæ dictum Vana-hem, situm (ut dictum est) inter fluvios Marum & Cusum, influentes in Danubium, qui hac in parte Vanaquisl. dicitur Snorroni, h. e. Vanorum fluvius. Fluvios Marum & cusum, Cluver. antiq. Ger. l. 3. c. 31. docet hodie dici die Marisk/ & die Wage/ inter Weisenburg in Transsylvania & *Komara* in Ungaria, ubi in Danubium confluit Cusus, die Wage. Olim Daciam Ripensem his terminis inclusam animadverto, ad fluvium scil. Tibiscum & Rhabonem, qui Iornandi *Marisia*, Ortelio *Marisus* fluens in Tibiscum, qui infra Vannos influit in Dannubium: ad septentrionem siti sunt Gipæi, ad austrum Mœsia superior, ad septentrionem est Alba Iulia. Inter hanc Daciam Ripensem inclusum extitisse regnum *Vannianum* certum est. Vanium suis dictum ait

Lazius, der Wanner/ undè non absonum nationem ipsam nostris & Germanis vocari die Waner. Quos ad Danubium, non ad Tanaim sedes habuisse, jam ex magnis auctoribus demonstratum, nec ulli unquàm dubium fuit. Ergone ex his Heroes aliqui Odino primum hosti, & jam confœderato, (ut tradit Snorre) consociati, in oras hasce septentrionales commigrarunt. Sed Vani, ut refert Snorro, fuerunt Scythæ? Sequitur Varam Vibia. Tam verùm est Vanos fuisse Scythas, quam verum est Tanaim esse Danubium. Ex suprà allegatis manifestum est, eos fuisse Quados, Marcomannos, Suevos, unam eandemque variis nominibus distinctam gentem *Vanos fuisse Quados, rectissime ait Nobiliss. Dn Stiernhielmius & nomine tantum distinctos. Sed Vanorum nomen recentius & â rege Vannio ortum vix persuadeor. Improbat ipsemet Stiernhielmius ejusmodi gentium denominationes. Quiqui fuerint isti Quadi, ab accolis & finitimis promeruere moribus suis, & Quadorum & Vanorum nomen.* Quad, *Germanis iratum vel malum notat: & nostra lingvâ* van *idem significare notius est, quam ut probatione egeat. Accolarum quieti graves fuisse, credibile est, & inde illis nomen Quadorum & Vanorum. Itaque cum Vanhem & regnum Vanianum dixeris, aliud nihil dixeris quàm ditionem & regnum Quadorum. Inde ergo de Odini in septentrionem adventu, certi aliquid colligi non potest. Si cui hæc mea de Ridgothis displicebunt, existimabitque è certioribus documentis alia & meliora se promere posse; sciat me nemini aliquid præscribere velle; sed suam cuique sententiam liberam relinquere; nec gravate ei accessurum, qui rationibus firmioribus diversum adstruere poterit.*

CAP. XI.

HAralldur Kongr ol son i elli sinni þan Haldan hiet: oc þui næst gat Heidrekr Kongr son vid sinni Drottningo, þan er Angantyr hiet. Fæddust þeir bader upp, oc voro bader efniliger. Þà kom hallæri mikid à Reidgotaland, so horfdi til landeidu. Þa var quadzt þings upp, er giort var um alt landid. Sem folk kom saman, var þà eflt blot mikid, oc spàr felldar, oc gengid til frietta vid visenda menn: Enn þaug feinguft andsvor, ad

KOng Haralld aflade en son i sin ålderdom/ then han kallade Haldan: Thärnäst fick Heidreker och en son/ som het Angantyr: the föddes både upp tillsamman/ och artade sig mycket wel. Tå wart en gruswelig dyr tijd i Ridgötaland/ så att hela landet syntes thäraf wilia blifwa ödel. Thärföre kallades hela landet tillsammans till ting; och när alt folket war församblat/ lagade the till ett stort blodoffer/ och frågade Gudarna huru the skulle båra sig åth; the rådfrågade och Spåmänn och Trollkarlar thär blota

blota skilldi sueini þeim sem gòfguastr væri i landinu; oc þà mundi àr aptr koma. Þa sagdi Haralldr Kongr ad son Heidreks Kongs væri gofguastur: enn Heidrekr sagdi son Harallds væri gofguastur. Þordi ur þessu màli eingi skiera, fyrr en þegár yfir voro farnar allar utlausner. Skutu þeir þessu til Hausudar Kongs: voru þà menn ætlader til þessa. Giordest Heidrekr hofudzmadr þeirra. Sem Heidrekr kom til faudur sins, med sinu foroneiti, var honom þar vel fagnad. Sagdi han faudur sinum aull sin erinde þarkomu sinnar, ad beidast doms à. Hausudr sagdi ad hans son væri ædstur i þui landi, oc han mætti þui til blots fara. So list mier, sagdi Heidrekr, sem þu dæmir min son til draps: eda huad dæmir þu mier þà fyrir min skada? þà mælti Hausudr, adur þu selur son þinn til blotz, þà skaltu kiosa þier annan huorn man ur flocki Harallds: enn ef þad fæst, þà leita þier sialfur rads. Epter þad for Heidrekr K. heim. Þui næst var stefnt þing miog fiolment: sem Kongar bader voro þar komner, oc þingid var sett, þà sagdi Heidrekr fyrir allri allþydu, huorn urskurd Hausudur Kongr, fader hans, hefde veitt, ad son hans væri gaufguastur. Sueinar voru bader à þinginu, þà kallar lands-folk akaflega, ad Heidrekr Kongr skal lata fram son sin til blotz. Heidrekr sagdi: ef eg skal lata

om: och fingo thet till swar / att the skulle offra then förnämste yngling / som fans i hela landet; och tå skulle the få god tijd igen. Tå sade Kong Halld / att Heidreks son war then förnemste; och Heidrekr sade att Haralldz son war förmer. Och torde ingen döma nogot thärom / förr än the hade hört hela almogans mening. Och blef thetta målet skutet till Kong Hufuds omdöme: och sändes strax männ till honom / om thetta ärendet. Heidreker war then förnemste af them som reste åstad. Och när han kom till far sin / med sina följeslagare / blef han thär wel fägnad. Han sade strax för Fadren sitt ärende / hwarföre han war tijtkommen / och begärade hans dom thärpå. Haufuder sade att Heidrekz son wore then högste thär i landet / och borde för then skull blifwa offrader. Så tyckes mig / sade Heidreker / som tu dömer min son till dråps: menn hwad dömer tu mig tå igen för min skada? Tå swarade Hausdur; förr än tu får fram thin son / till offers / skalltu utwälia tig hwarannan man utur Kong Haralds hoop. Får tu thet / så betänk sielf hwad tu wilt göra. Thär med for K. Heidrekr hem tillbaka; och wart ginast stämt itt allmenneligit ting. När Konungarna wore både tijtkomne / och tinget war satt / sade Heidreker för heela almogen hurudan dom hans Fader Kong Haufuder hade giort / att hans son wore then ypperste. Piltarna wore både tillstädes på Tinget. Tå krajde Landz-folket hefteligen på / att Kong Heidreker skulle låta fram sin son till offers. Heidrekr sade: om iag skall

són min fram til ad bæta landsfrid i landi voro, enn eg em utlendur, en Haraldr Kongr fæder upp son sinn þan hier ættborin er til rikis, þà kān vera, à ferra vetra fresti, þier vilied aungva hlidni mier sijna? þà suaradi Haralldr Kongr oc marger adrer: þeir mundi unna haunum rijkis, ef han vill vinna þetta til àrs. Heidrekr sagdi: eg vil, Haralldr Kongur, ad þid stormenni biodid trunadar eid vid mig, med suardaugu: suo vil eg ad þu fair mier annan huorn man, er þier fylgir heir à þinginu? Kongur jatar þui; oc var þa skipt ollu folki. þa taladi Heidrekr Kongr til sinna manna, oc beiddist af þeim ollum suardaga, ad vinna haunum trunadar eyda. Enn þui kunni eingin neita, oc suoru aller menn haunum þar eyda, ad veita honom lid, bædi utan lands oc innan. þesso jatudu þeir, vid huorn sem han ætti. Epter þetta sagdi Heidrekr þionum sinum ætlan sina; oc lætr þà setia upp merki sitt, oc veitir Haralldi Kongi adgaungu. Enn med þui Heidrekr Kongr hafdi lid miklu meira; oc Haralldur var ey vid buin, giordist þà skiott manfall: Vard Heidrekr banamadr Haralldar mags sins. Oc er han var fallin, gieck lid alt a haund Heidreks Kongs: vard han þà Kongr ifir þui ollu landi. Heidrekr K. liet þà rioda stalla med blodi Haralldar oc hans sonar Haldanar, oc gaf þa Odin, oc val þan allan er fiell. Epter þad vard Drotningin Helga suo

låta fram min son / till att bota Landzfrid här i landet; och iag är en utlenning, menn Kong Haralld föder här upp sin son / then här åttboren är till rijkit / tå kan hända / innan få åhr / att i intet wilen bewijsa mig nogon lydna mehr? Tå swarade Kong Haralld / och monge andre / att the gärna wille unna honom rijket / om han wille påkosta thetta att köpa them god tijd igen. Heidreker sade: iag will / Kong Haralld / att thine förnemste herrar skola sweria mig hulldhetz ed; och att tu fär mig i händer hwar annan man af them tig här fölia på tinget? Konungen bejakade honom thet; och skiftes folket ginast i tuä hopar. Tå talade Kong Heidreker till sina männ / och begärade af them allom / att the skulle swäria honom trohetz ed; hwillket honom ingen neka kunde / och sworo honom alle thär then ed / att göra honom itt troget bijstånd / både uthanlandz och innan. Thetta fullkomnade hwar och en som han i synnerhet talade med. Thärefter upteckte han för them sitt upsåth / och låt uppsätia sitt Krigzbaner / och öfwerföll Kong Haralld: och efter han hade mycket mehra folk; och Kong Haralld war obereds / blef tå itt stort nederlag på hans sijda. Heidreker slog tå sin Swärfader Kong Haralld i hel: och när han war fallen / gick alt folket Kong Heidrek till handa; och wart han tå Konung öfwer alt landet. Kong Heidrek låt tå bestryka afguda altaren med Kong Harallds och hans sons Halldans blodh / och offrade them till Oden / och alla them som fallne woro. Thetta gick drottning Helga så

harm-

harmþrungen, ad hun hengdi sig sialf i Disardal.

hårdt till hiårtat / att hon hångde sig sielf i Disardal.

CAP. XI.

VAr þa eslt blot) *Non erat hoc ex sacrificiis ordinariis, quæ ter singulis annis peragebantur, ut supra vidimus; sed hujus ut causa erat extraordinaria, ingens nempe & insolita annonæ caritas, ita & id extra ordinem institutum; cæremonijs tamen, nisi fallor, ordinariis, & hostiis consvetis primum, deinde etiam selectioribus & singularibus, adhibitis insuper sortium conjectionibus, & consultis per magos ac sortilegos numinibus.* voru spar felldar, oc gengit til frietta, *ait. Ita & Gautr. Saga cap. 7.* þeir felldu spà til byriar *h. e.* Sortium divinatione usi sunt, pro secundo vento. Sed hoc genus divinationis vita jam communis explosit *ait Cic. lib. 2. de divinat. Magorum item & Sacerdotum, qui* visendamen *hic nominantur, responsa & interpretamenta perinde falsa*; Totaque adeo res est inventa fallaciis, aut ad quæstum, aut ad superstitionem, aut ad errorem. *Cic. loco prædicto. Adeo tamen potens erat in Scandianis nostris, hoc fascinatæ mentis ludibrium, ut quicquid eo præscriberetur, sanctissimè sibi exequendum putarent. Ita cum nobilissimum omnium puerum sibi hostiam deposceret Odini numen, sortibus consultum, neminem perculit crudele postulatum: sed inter duos pueros regios, nobilitate pares, uter illorum mactari debebat, tantum ambigebant: & ne in hac electione peccaretur, ejus arbitrio rem committebant, qui nunquam antea injustam tulerat sententiam.*

Blota skylldi sueini) *Germanos, Celtas, Gallos, plurimasque gentes alias humanis quondam hostiis, Diis suis litasse, gravissimi auctores tradiderunt; nec obscura crudelitatis ejus mentio in sacris literis Deut. cap. 12. v. 31. 2. Paralip. cap. 28. Psal. 106. v. 37. Quanta sedulitate immanta ista sacra majores nostri Scandiani procuraverint, & alii multi memoraverunt, & nos paucis attigimus in notis ad Gautr. saga. Peruvianos pro sua & Principis salute, liberos suos Deo Viracochiæ immolasse Moral. hist. Ind. lib. 5. cap. 19. indicat. Mexicani autem hostes captivos huic muneri deputarunt, tanto quidem numero, ut aliquoties 5000. mactati prodantur. Eadem hist. Ind. lib. 5. cap 21. ut propterea majores nostri omnium barbarorum immanissimi censeri non debeant, cum multarum gentium aliarum eadem, si non longe major, fuerit sacrorum crudelitas.* Blota *proprie est hostias immolare, sacrificare, & victimario sangvine placare.* Blot, *idolorum cultus. Apud Ulfilam autem latiori significatu accipitur pro quovis cultu divino.*

Bœta landsfrid) *Pacem patriæ redimere, h. e. annonam restituere. Deos quippe iratos non minorem stragem annonæ caritate edidisse credebant, quam si hostilis exercitus regnum vastavisset.*

Eg em utlendur) *extraneus sum Idem supra cap. 4. avo ejus materno Angantyro, & ceteris Andgrimi filiis, objectavit Hialmarus. Sed an æqua fuerit ista criminatio, vide quæ ad locum istum notavimus pag. 61. Unde, quæ hunc faciunt, peti possunt. Et infra etiam cap. 14. ad §.* Han lietti hernadi *nonnulla hujus argumenti habentur. Aliam præterea causam habuit Heidrecus, cur se extraneum diceret, licet Majores ejus totam insulam* Bolmsö *tenuissent, Cæso quippe avo materno Angan-*

tyro

tyro, cum undecim fratribus in Samßö / *ab Hialmaro & Arvar-Oddo, tota eorum hereditas in aliorum ditionem cesserat. Filia autem Angantyri posthuma Hervora, Aldeigioburgi in Gardarike, apud maternum avum Biartmarum, nata & educata, Hausudo regulo in Glesisvall nupsit, nec in Ridgothiam sive Smalandiam unquam venit. Ejus filius Heidretus, in Glesisvall natus, & apud Gissurum enutritus, nec ipse Ridgothiam vidit, priusquam piraticam exercens Haralldum accederet, ab eoque comiter exceptus, partem regni cum filia acciperet. Fame vero regionem graviter affligente, cum, pro redimenda annona, sacrificio adjudicatus filius ejus vehementer à multitudine deposceretur, hoc eum prætextu ipsis subtrahere, voluit extraneum se profitendo; à quo tantum beneficium exigere nullo jure poterant; cum tamen extraneus revera non esset, si maternum ejus genus respicias.*

Sagdi Heidrekur sina ætlan:) *Insigni perfidia & crudelitate in socerum suum Haraldum usus hic est Heidrecus, quem bonis verbis circumventum præsidio primum nudavit, inde vi apertà è medio sustulit, cum filio, regni herede, & civibus fidelioribus, gratas scilicet Odino victimas procuraturus. An vero egregià hac pietate placatus Odinus, annonæ ubertatem restituerit, auctori nostro haud memoratum. Credibile est crudele & sangvinarium numen tam devotum supplicem non repudiasse.*

Rioda stalla) *vide notas ad Gautr. saga. pag. 63.*

Gaf þa Odin oc val þan allan) *h. e. Cadavera cæsorum, Odino sacra suspendit, quemadmodum Vicarum regem, eadem solenni formula,* nu gef eg þig Odin, *suspendit Starckatherus. Gautreks saga cap. 7. Vesana hæc cæcis Scandianis fuit persuasio, in prælia intrepide ruendi, quod certa sibi, post mortem, in aula Odini, vitæ beatæ præmia constituta arbitrabantur: cui non minus cæsorum stragem, quam vincentium fortunam cordi esse, persuasum habebant. Ita scilicet miseros mortales occæcaverat humani generis hostis, ut cæde & sangvine manus imbuere, justum & pium existimarent.*

Mag) *mag* Fadr konu mans, *h. e. socer.* Dottr mag, *gener.* Systr mag *affinis.* Magkona, *mulier qualibet adfinitate conjuncta, ut* Frændkona *consangvinea qualibet. Ulfilæ* magus *puer vel adolescens est: & auctori nostro infra cap. 17.* Mikill er sa mogur à mars baki.

CAP. XII.

HEidrekr Kongur giordist þà miog rikur oc àgiætur: han var opt i hernade: huort sumar for han til Saxlands med hernade. Oc er Saxa-Kongr spurdi þad, giorer han menn i moti honom, oc bydur honom til veitzlu, oc ad hann villdi frid vid han hafa: oc þad þiggur hañ. þar sà Heidrekr K.

KOng Heidrek blef nu mycket rijk och mächtig/ och for esom oftast i härnad. Hwar sommar for han till Saxland/ och härtade thär. Saxa-Konungen teddes ther widh/ och sende sina männ till honom/ och biuder honom till gästebodh/ i then mening att han wille hälla frid med honom/ och thet behagade Kong Heidrek wel. Thär fick han dotter

dotter Kongsins væna ad aliti; þeirrar meyar beiddist han: hun var honum giefin. Var nu aukin vitzlan, oc for Heidrekr Kongr heim med giafir, oc dyrgripifiar. Heidrekr Kongr giordist nu mikill hermadur, oc jok miog rike sitt à marga vega. Bolkona hans beiddist opt ad vitia frænda siña; oc liet Kongr þad epter henne. Eitt sinn fòr Angantyr stiupsonur hennar med henni, oc duoldust þau þar leingi, um sumarid. þetta sumar for Heid. i hernad, oc kom til Saxlands ad alidnu sumri, i rijki Haka mags sins. Eingi for niosn fyrir honom, oc lenti han skipi sinu i leini vogi einum, nærri Kongs bæ. Um kuolldid geingr Heid. à land, oc nær til Kongs bæar, oc eirn madr med honom: Heidrekr K. geingr til skiemu Olafar Drottningar, konu sinnar, oc hafdi dularkufl, oc vard eingi madr var vid han. Var Kongi geingid i skiemmuna, oc sa ad madur huyldi i fadmi konu hans, oc hafdi hàr fagurt. Sa madr er med Kongi var, mælti, ad han var hefnisamur um minni sakir; ac hefdi opt skiotara um radid? Kongr quadst ey þad giora munda. Sijdan tok han sveinin Angantyr, er là à pallinum; oc skar eirn lock ur hari þess er hvyldi hia drotningu: Epter þad snyr han ut, oc badir þeir, oc alt til skipa, oc hòfdu med sier huorutueggia, sueiniñ oc harid. Um morgunin epter, leggur han i Kongs lægid: Gieck þa alt folk a moti honom, oc var veitsla buiñ. Heid-

see Konungens dotter / som war mycket deyelig: then begårade han / och fick henne till hustru: ôktes thår med gåstebodzhôgtijden / och K. Heidriker for hem igen / med mycket godz och dyrbare saker. Han war och en stor Krigzhielte / och fôrôkte sitt rijke mongaledes. Hans hustru begårade ofta att besôkia sina frender / och Konungen efterlet henne thet. En gång for hennes stiufson Angantyr med henne / och blefwe the thår lenge om sommaren. Samma sommar for Heidreker i hernad / och kom till Saxland emot hôsten / uti sin Swerfaders Hakes rijke: och gick ther intet ryckte fôr honom: ty han steg till landz och fôrborgade sin skep uti ett lônderum / intet longt ifrån Konungens stad. Om kuållen går han upp på landet / sielf annan / och innåth staden / och gick ginast till sin Drotningz Olafs Frustugu / warandes fôrklådd / så att ingen blef honom warse. När han kom inn i frustugan / såg han att en karl låg och såf i sin hustrus famn / och han hade fagert hår. Then som folgde honom sade att Heidreker plågade wara hemdgirig uti mindre saker / och intet ofta hafwa så lenge betånckt sig. Menn Heidreker sade sig thet ey gôra wilia; uthan tog sonen sin Angantyr / som låg och såf på en pall / och skar en hårlock af honom som hwilade hoos Drottningen; thår med gick han ut och nider till skepen / hafwandes med sig både pilten och hårlocken. Om morgonen efteråth / lågger han fram uti Konungens hamn: Kom tå alt folket honom till môtes / och tillagades tå itt stort gestebod. Heidreker låter stemma

rekr K. lætur stefna þing, oc þa var honom sagt andlat Angantyrs, med bradum atburdum. Heidrekr K. mæler, filged mier þangat sem sueirnin er iardadur. Drotning quad, haunum mundi þad harma auka: han vill þò rada. Oc sem komid var til leidesins, var þad opnad: var þar sueipad dukum, oc er af var tekid, þa var innan i hundur. Kongr mælti: illa hefur nu sonur min skipast, er han er ad hundi ordinn. Var þa fram leiddur sueirnin, oc sagdi Drottningu huor suik han hefdi af henni reint; oc med aullum atburdum: oc bidur nu koma huorn þann mann sem innan borgar er oc sækia matti þingid. Þà mælti han; eingi er med gullbrar enn komin. Þa var epterleitad, oc fanst i einu steikara hausi eirn madr, han hafdi diupa hufu. Marga undrade huad han skillde til þings eiga: Oc sem han kom til þings, bad Kongr taka af honom hufuna; oc suo var giort. Þa mælti Kongr: hier meigi þier þan sia er Drottning vill helldr enn mig: han tok þa lockinn oc lagdi vid harid, oc atti þad saman. Heidrekr mælti þà: þier Haki Kongr, oc riki ydart skal vera i fridi fyrir mier, enn ydar dotter vil eg ey leingur hia mier hafa. Sijdan for han heim i riki sitt, oc son hans med honom. Eitt sumar er Heidrekr Kongr var i hernadi, kom han lidi sinu vid Huna-land: Humli hiet Kongr er þar riedi fyrir: dotter hans hiet **Suafa.** Heidrekr Kongr veitti

ting / och war honom thär sagt / att hans son Angantyr war med en brådöd afsijden. Följer mig tijt som han är begrafwen / sade Heidreker: Drotningen sade att thet skulle föröka hans sorg ? doch will han råda. När the komme till griften / och hon war upkastad / låg thär itt ting i dukar inswept: när the wore aftagne / låg ther in uti en hund. Konungen sade / illa är min son nu förbytt att han är bliswen till en hund. Med thet samma ledde the fram pilten Angantyr / och förbrådde Heidreker drottningen the swiik han af henne hade rönt / förtäliandes huru alt war tillgånget. Heidreker befaller att hwar ochen som fans i borgen / skulle koma fram på tinget. Ingen är här ännu framkommen / sade han / med gullgole ögnehwarf. Tå war efterletat / och fans en uti ett steckarehus (köke) som hade en diup myßa på sig. Månge undrade hwad han skulle göra wid tinget. När han kom fram befalte Konungen taga hufwan af honom / och the giorde så. Tå sade Konungen / här mågen i see then man som Drottningen mehr håller af än mig. Han tog tå fram hårlocken / och hölt emot håret / och kom thet öfwer ens. Tå sade Heidreker: tu Kong Hake / och titt riike / skall wara i frijd för mig; menn thin dotter will iag intet lenger hafa hoos mig. Sedan for han hem i sitt rijke / och hans son med honom. En sommar for Kong Heidreker i hernad / och komm med sitt folk till Hunaland: Kong Humli regerade thär öfwer / och het hans dotter Swafa. Heidreker sköflade thär på landet / och

þar

Haraldur Hildetonn liet giefa ſier Kongs nafn i Gautlandi) *Non conveniunt hæc traditioni Saxonis, & aliis monumentis noſtratium, in quibus Haralldus Hildetann Daniæ, & Ringo Sueoniæ Rex conſtanter leguntur. Videtur autem iſte diſſenſus ſic tolli poſſe, quod Haralldus ante Daniæ regnum initum, Gothiæ partem Scaniam avulſam occupaverit, ejuſque regem ſe dixerit. Innuere hoc videntur ſequentia verba:* ſidan lagdi han under ſik oll ſraman neſnd riki, *h.e.* Deinde ſibi ſubjecit prædicta regna omnia. *Quia etiam bellum geſsit cum Ingone & Ingello Sueoniæ regibus, occupatam Scaniam vindicantibus, Ingonemque per inſidias ſuſtulit, vel, ut ait Saxo, occupatis apud Svetiam rebus oppreſſit, Gothiæ titulum immerito ſibi tribuit.* Han liet geſa ſier Kongs nafn *ait auctor noſter h. e* Gothiæ regem ſe nominari fecit, *cum revera non eſſet. Videamus jam de Ringone, quem hic noſter Sigurdum Ring, alij Haquinum Ring, Saxo lib.* 8. *Ringonis tantum nomine indigitat, & Ingelli Sueoniæ regis filium fuiſſe ſcribit: alij autem noſtri nepotem ejus fuiſſe adſerunt. Eſt autem, ſine dubio, is ipſe, qui in Lang-fedgatolu vocatur Bauge Ingialldſon: ſupra enim oſtendi, Bauge & Ring idem eſſe. Diſconvenit nonnihil ſeries & temporis ratio; ſed Chronologiam veteris ævi in multis obſcuram & turbatam, recte colligere aut reſtituere quis poteſt? Hoc manifeſtum eſt, illud nomen Ring Haquino Ingelli filio Sueoniæ regi, & Sigurdo Lodbroki parenti commune, auctorem noſtrum, & alios in errorem induxiſſe, ut Sigurdum Ring, cum Haraldo Hildetanno arma conſeruiſſe adſerant. Uterque enim Ringo dictus, & uterque Daniæ regnum tenuit; ſed hic tempore poſterior. Haquinus quidem Ingelli filius, proſtrato & occiſo Haralldo, Daniam belli jure ſibi aſſeruit, & Hethæ ac Oloni Vegeto conceſſit.* In poteſtatem *S*ueticam fortunæ varietas Danicum redegit imperium, *ait Saxo lib.* 8. *De Sigurdo itidem Ringone Daniæ rege, legas eundem Saxonem lib.* 9. *Sed hic cum Hildetanno non conflixit. Et Saxoni in his eo certior fides, quod Starckatherus, Ringonis partes ſecutus, magnumq; prælij hujus columen, totius belli hujus hiſtoriam digeſſerit, quam Saxo ait ſe latialiter expreſſiſſe. Fallitur ergo auctor noſter, cum de Sigurdo ſcribit,*

han

han bardift vid Haralld Kong Hilditonn.

A Bravelli i Eiftra-Gautlandi) *Campi Bravellini, prælio hoc memorabiles, in Smalandia sunt. Sed ipsam Smalandiam Ostrogothiæ quondam partem fuisse, ex hoc loco & alijs, uti & ex O. LL. Refstabalk. 3. fl. §. 2. satis probari potest.*

Mikill fioldi lids) *Saxo lib.* 8. In acie Ringonis ad duodecim millia proceres exanimati sunt. At ex parte Haraldi, præter popularium stragem, ad triginta millia proceres corruerunt.

Frægaftar verit) *ipso scilicet apparatu diutino; præliantium claritudine, & memorabili strage. Vide Saxon.*

Sonr Haraldar Hilditannar hiet Fyftern hiñ illradi; han tok Suia riki) *Quis Osteni hujus parens exstiterit parum liquet in antiquis memorijs. Hic noster Hildetanno procreatum ait. Aliud Chronicon Urbarum ei parentem dat. Tenuit autem hic Ostenus non tantum Sueoniæ regnum, sed magnam etiam Norvegiæ partem; dictusque fuit* Illradi & Hardradi, *ob sævum & crudele imperium, præcipue in Trandhemenses, quibus pessimâ conditione mulctatis, canem suum* Sôr *regem imposuit. Olafs saga cap.* 139. Ketill Iamti hiet madr, sonr Amundar Iarls ur Sparabui i Þrandheime: han fludi fyri Eyfteini Kongi, enum illrada, auftr um Kiol, oc ruddi marker, oc bygdi þar sem nu heitir Iamtaland. Auftr þangat flyddi oc fioldi manna or Þrandheime, firi þeim ufridi: þui at Eyftein Kongr ikatt-gilldi þrendi, oc fetti þar til Kongs hund sinn, er Saur hiet. *h.e.* Katillus Iamti filius Amundi Comitis Sparaboënsis in Thrandhemia, regem Ostenum tyrannum trans Alpes Norvegicas Kiol fugiens, sylvas exscidit, sedesque ibi fixit, quæ jam vocantur Iamtaland. Illuc etiam multitudo hominum Thrandhemensium confugiebat, ob eandem Osteni sævitiam, quos pessimâ conditione afflixerat, & canis sui, Sôr dicti, imperio subdiderat &c. *Hæc eadem legas apud Snorronem versionis Danicæ pag. 73. & pag. 257. Meminit item ejusce rei Saxo. lib. 7. Tam inhumanis moribus cum exstiterit Ostenus, mirum quid Olao Vormio in mentem venerit, quod eum in Divorum numerum referre voluerit, præsertim cum longe ante Christianam lucem septentrioni nostro exortam vixerit. Nam & in appendice literaturæ Runicæ pag. 225. Et in indice Scalldorum, ad finem historiæ Snorronis impresso, eum sanctum & divum vocat. Ex quo autem sanctorum Catalogo hoc depromserit nescio. Nostrorum quidem regum neminem, præter Ericum, Romana religio in sanctorum cohortem admisit. Videor autem videre quid ipsum seduxerit:* Scalldorum Indicem ex *vetustiss. membranis Eddæ, quibus usus est Stephanius, quasque Antiquit. Collegio donavit Illustriss. Regni Cancellarius Comes MAGNUS GABRIEL DE LA GARDIE, ipsum descripsisse puto. Inter alios Scalldos etiam recensentur qui sub hoc Eystano floruerunt, qui ibi non satis claris literis*

ris Eyftein ill. k. *quod Oſtanum tyrannum innuit, exprimitur. Unde conjicio ipſum pro* Illi *vel* illrada *legiſſe* helgi, *Sanctum. Si hæc me conjectura fallit, illud me non fallit Oſtenum in Divorum numerum non recte aſcitum. Prædictæ iſtæ membranæ celebriores Scalldos recenſent, & primo quidem loco, eos qui ſub Sueoniæ regibus floruerunt; deinde eos qui ſub Norvegiæ, & illos tandem qui ſub Daniæ regibus clari exſtiterunt. Vormio autem placuit hunc ordinem invertere, & primo loco Daniæ regum, proximo Norvegiæ, & ultimo Sveoniæ regum Scalldos recenſere. Sed facile patimur illum honori gentis ſuæ velificari, quando illud ſine antiquitatis fraude fieri poteſt.*

Epter faudur ſin) *Poſt patrem ſuum. Non eum hæc verba habent ſenſum, quod Parenti Hildetanno in regno Sveoniæ ſucceſſerit; Nunquam enim rerum in Sueonia potitus fuit Hildetannus: ſed quod parente vivis exempto, Sueoniæ ſceptrum conſecutus fuerit.*

Syner Ragnars Kongs laugdu under ſig Suiavelldi) *Diu graves Sueoniæ regno fuere filii Lodbroki, cujus ſceptra materni ſangvinis jure ſibi deberi interpretabantur. Eos quippe Ragnaro peperit Thora Borgarhiort Heraudi regis filia, uti ex Herauds ſaga, Saxone & aliis conſtat. Eorum victricibus armis ad fata compulſo Ingello Illrada, Sueoniæ ſceptro potitus eſt Biorno Iarnſida Ragnari filius.*

Sigurdur Danavelldi) *Vocatur hic* Sigurdus *vel* Sivardus Ormøga, *vel* Snokøga, *h. e. ſerpentinus oculus.*

Biarnar ſyner voru þeir) *Hic Biorne Erici Regis fuit Filius, nepos Biornonis Jarnſiida; ab iſto Biornone procreati Ericus & Biorno* ad haugi, *ſimul imperarunt, mortuo rege Erico Refilli filio, nepote itidem Biornonis Jarnſiida.*

Erikr hiet ſon Anundar Kongs) *Quis hic fuerit Anundus vel Amundus ſive Emundus, ut in Olafs ſaga vocatur, ſatis obſcurum eſt; Biornoniſne an Erici filius? Conjecerit item aliquis, nec forte ſine ratione eundem eſſe qui aliis Ingo dicitur. Certum tamen eſt ex Olafs ſaga, ejuſdem eum ſangvinis fuiſſe cum ſupra memoratis.*

Eirekur ſon Anundar Kongs) *Vocatur hic alias Ericus Vederhatt, h. e. ventoſi pilei. Rationem cognominis iſtius addunt alij, quod ad motum pilei ſui ventos, quà volebat, obſequentes haberet. Ejus illuſtria facinora ſummatim recenſet Thorgny legifer in oratione ſua, Olafs ſaga cap. 75.* þorgny faudurfadir min, mundi Eirik Upſala Konung Emundar ſon; oc ſagdi þad fra honom, medan han varà lettaſta alldri, at han hafde huert ſumar leidangr uti, oc heriadi til ymſra landa, oc lagdi han under ſig Finland, Kirialand, ſua Eſtland oc Tyrkland, oc vida um auſturlaund; oc mun enn ſia þar iardborger oc þau aunnur ſtorvirki er han giordi. *h. e.* Thorgny avus meus meminit Erici regis Upſalenſis, Emundi filij, & de ipſo hoc retulit, quod integriore ætate quotannis militaribus expeditionibus incubuerit, diverſas terras depopulando, ſibique ſubjecerit Finlandiam, Careliam, Eſtoniam, Tartariam,

tariam, aliasque late patentes regiones, ubi etiamnum visuntur castella & alia ejus opera militaria.

A hans dogum hofs til rikis Haralldr Kongr Harfagre) *Hanc eandem temporis notam servat etiam Olafs saga. cap.* 15. Þà er Haralldur Kongr Harfagre hofs til rikis i Norege, var Eirekur Konungur Emundar son at Uppsolum i Sviþiod: han andadist þà er Haralldr Kongr var nær tuitugur. *h.e.* Haralldo pulchricomo Norvegiæ regnum sibi subjiciente, rerum Upsalæ in Sueonia potitus est Ericus Emundi filius, qui vigesimo circiter ætatis anno Pulchricomi decessit.

Biorn hiet sonr Eriks Kongs) *Hunc regem Biornonem cur præterierint scriptores nostri omnes, mirum videri potest, cum & florentissimum à patre acceperit regnum, & diu id tenuerit, filioque Erico Victorioso reliquerit. Thorgny legifer in Olafs saga. cap.* 75. Þorgnyr fadir min var med Birni Konungi langa æfi: var honom hans sidr Kunnr: stod um Biarnar æfi hans riki med styrk miklum, en engum þurd. Var han oc godr oc dæll sinom monnom *h.e.* Thorgny pater meus, diu fuit cum rege Biornone, moresque ejus bene cognitos habuit; floruitque Biornonis regnum firmis viribus, sine ullo defectu quamdiu vixit. Fuit enim bonus & mansuetus erga suos. *Eadem Olafs saga. cap.* 15. Epter þat var Kongur i Sviþiod Biorn sonur hans: han vard sottdaudr: Epter han voru Konungar i Sviþiod synir hans, Olafr fadir Styrbiarnar, oc Erikr enn Sigur-Sæle, er leingi var Konungr i Suiþiod. *h.e.* Postea rex factus est in Sveonia Biorno filius ejus (*Erici Emundi filii*) & morbo decessit: post eum regno potiti sunt filij ejus Olaus pater Styrberni, & Ericus victoriosus, qui diu regnavit in Sveonia.

Erikr hin Sigursæle) *Hic ejecto Suenone* Twisfegg / *Daniam occupavit, ibique à Poppone baptizatus est; permotus miraculo ferri igniti impune a Poppone portati, ut Adamus Bremensis & Cranzius testantur. Ejus filium Ericum* Arsäll *vel Ericum* Stenkill *perperam faciunt historiæ nostræ. Erroris causa sunt plura illa cognomina uni tributa. Nam qui ab illustribus suis victoriis,* Sigursælle *h e. victoriosus, idem ab annonæ ubertate & omnium rerum copia* Arsæl *dictus est.* Stenkil *autem ideo dici arbitratur Messenius Tom.* 10. *Scondiæ. quod primus lustrali aqua à Poppone adspersus sit.* Stenkia *enim adspergere est. De re ipsi adsentior, in veteri tamen lingva nusquam legi, sacram illam lavationem, verbo isto notari; sed pro eo dixere* Skira, *lustrare, baptizare.* Skirdr *lustratus*, Skirn, *lustratio.* Skirnarbrunn, *sacer ille fons, quo animæ sordes purgantur & abluntur. Ericus hic victoriosus ex Sigrida Imperiosa filium sustulit Olaum, qui infans admodum regnum post parentem consecutus est. Quod vix factum fuisset, si alios reliquisset filios natu majores. Olafs saga cap.* 15. Eirekr fek i elli sini Sigridar dottr Skoglar Tosta. Þeirra sonr var Olafr Saunski, er sidan var Kongur i Suiþiod eptr Eirik faudur sin *h.e.* Rex Ericus vergente ætate Sigridam duxit filiam Skoglar Tostæ; Eorum filius Olaus Sveo, parenti in regno successit. *De Sigrida illa legatur Olafs saga cap.*16. & 17.

Þui kolludu þeir han Skaut-Konung) *Veram hic habes rationem illius nominis*

minis Skaut-Konung *quod cives regem suum infantem in gremio gestaverint. Nam qui inde deductum id nomen comminiscuntur, quod symbolam quotannis Romano Pontifici destinarit, haud ignorare poterunt isto tempore in septentrione ignoratum fuisse obsequium erga sedem papalem.*

Han tok first nafn Suia Konunga) *h. e. Ille primus dictus est Rex Sueoniæ. Quid hoc inquies? nonne ante ipsum exstiterunt multi clarissimi reges, qui totum Sveoniæ regnum tenuerunt, ut Ericus victoriosus, & plures alii? ita prorsus: sed illi omnes se vocabant reges Upsalenses, à sede regia, & ita etiam compellabantur ab aliis. De* Olao Skautkonung *multa in Olafs saga & Snorrone.*

Amundur hiet sonr Olafs) *Cognomen illi fuit* Kolbrenner, *h: e. Carbonarius: rationem addit Chronicon regum Christianorum hanc:* Han hiet þui Kolbrenner, at han var rifr i refstum sinum, at brenna hus manna. *h. e.* Ideo carbonarius dictus fuit, quod esset severus in irrogandis pœnis & promptus ad comburenda domicilia civium.

Þà gieck Kongdomur ur langfedga ætt) *h. e. Hic in Amundo vili, defecit sangvis regum Inglingorum, qui jam inde ab Odini tempore non interrupto rivo manarat. Non falso ergo gloriatur Olaus Skaut-K. de illustri majorum suorum prærogativa, Olafs saga cap. 62.* Em eg en tiundi K. at Upsaulum, at huer epter annan hefr tekit varra frænda, oc verit Einvaldz Kongar ifir Svia velldi, oc morgum audrum storlaundum, oc verit allir yfer Kongar annara Konga à Nordr laundum &c. *h. e.* Decimus ego sum rex Upsalæ consangvineorum nostrorum, qui omnes continuato ordine regnarunt, totiusque Sueoniæ & latissimarum ditionum aliarum Monarchæ fuerunt, & super omnes alios septentrionis reges eminuerunt. *Innuere hic videtur locus, quod antiquis illis seculis hic in Sueonia, regnum fuerit hæreditarium, cum tanto temporis tractu, parenti in regno successerit filius heres? Certum est regij sangvinis magnam fuisse prærogativam, nec alium candidatum regis filio temere comparatum aut prælatum, si regno idoneus deprehendebatur. Sed aptitudinis ejus exploratio in potestate erat civium, qui dignos consensu suo & bonis ominibus ad fastigium illud provehebant; indignos autem illo prohibebant, & quandoque temere admotos depellebant. Notatu digna est consultatio Procerum de removendo rege Olao Skautkonung, & eligendo filio ejus Amundo. Olafs saga cap. 91. & 92. Frustra & temere de regno ei auferendo decrevissent, si regnum ejus fuisset patrimonium: Sed nulla ejusce rei ipsos tetigit cura. Illud ad dignitatem & honorem civium facere visum est illis, ne in aliam familiam transferretur regia potestas, cum regis filii parentis solio digni, in omniū oculis essent.* Ei vilium ver Vppsuiar at Kongdomur gangi ur ætt Vpsala Konga, à varum dogum, medan sua god faung ero til, sem nu ero. *h. e.* Nos Vplandi, *ait Freividus*, non permittemus regnum in diebus nostris, familiæ regum Vpsalensium auferri; quamdiu duo præstantissimi candidati in ea supersunt, regis filij. *Sed si ex ipsorum indole nulla æquioris imperii spes civibus adfulsisset, sine cunctatione consilium Emundi legiferi adprobavissent; quod ibidem legas. cap. 92.*

Steinkiell) *Inter Emundum & Stenkilum interponendus est Haquinus Rufus, quē hic noster omisit; forte quia non diu regnavit.*

Brio-

Briota þar landzlog) *Male sibi & regno consulunt reges, cum civibus invitis leges regni, longo usu firmatas, suo ausu violare & conculcare incipiunt: Eaque temeritate civium rebellionem sæpissime provocant. Hanc inconsultam audaciam Olao* Skautkonung *exprobravit Freividus. Olafs saga cap. 92.* Aller Suiar vilia hafa forn laug, oc fullan rett sinn. *h. e.* Omnes Sueones volunt frui legibus antiquis & jure suo plenissimo. *Et Thorgny item legifer in Oratione sua ad eundem regem. cap. 75.* Munum ver ei þola af þig ufrid oc ulaug *h. e.* Non sufferemus diutius injurias tuas & legum violationem.


Var Sueirn til Kongs tekin) *Hunc etiam annales nostri, odio defectionis ejus à Christianâ religione innominatum prætererunt, licet triennium regnaverit. Fuit hic strenuus gentilium abominationum procurator, nec Upsalæ tantum sed etiam in aliis regni provinciis sacras commessationes instituit. Breviarium Scarense pag.* CCCXXX. Sanctus Eskillus Anglus constitutus fuit Episcopus Nordanskog: Expulso autem ob religionem rege, & præfecto sibi Blotsuein convenit multitudo infidelium in Stregnæs, ut idolis suis sacrificaret, instruxitque ibi solenne convivium. Quod audiens Eskillus Episcopus apud Ecclesiam Fors residens, idololatras statim convenit, ut ad saniorem mentem reduceret. Sed cum monitis suis nihil efficeret, precibus ejus concitata tempestas sacrificium disturbavit. Quamobrem iratus quidam sacrificulus Spabodde, lapidem capiti ejus impegit; alius item securi magnum ipsi vulnus inflixit, ut semimortuus in terram decideret. Pertractus autem ad regem Blotsuein accusabatur, quod artibus magicis contumeliam Diis irrogasset, & eo jubente in valle ubi nunc situm est cœnobium fratrum prædicatorum, lapidibus fuit obrutus *Messen. lib. 2. Tom. 9. Scond.*

Fram leitt hross eitt) *Genti martiæ inter selectissimas & acceptissimas hostias equus existimatus. vide notas nostras alibi.*

ADDENDA.

Cap. 1. pag. 15. Lege sis plura apud eundem) *item quæ de gigantibus collegit Johannes Isaacus Pontanus histor. Danic. lib. 1. pag. 55. & sequent. Dn. Olaus Rudbeck Medicinæ Professor, elevato hac æstate sepulchrali lapide, in plures partes diffracto, in parœcia Ærentuna, milliare ab Upsala distante, ossa sub eo reperit humana, ipso vetustatis situ fere consumpta; partem tamen costæ eruit, quæ ex harmoniâ compagis humanæ, hominem istum undecim fuisse pedum arguebat. Addatur his inscriptio lapidis Jærmstadensis in Ostrogothia & territorio Dal:*

Thu-



Thuri ſati ſtin þanſi aftir Aſgut brudur ſin: jer bardi Jattin digra i Jatuſtun; auk brunja ſik harda Guden. *h. e.* Thuro lapidem poſuit Aſguto fratri ſuo, qui cæcidit magnum gigantem in Iatuſtun, dedicavitque loricam Odino Deo. *Digur non craſſum tantum ſed & procerum atque altum notat.* Tun *dicitur locus ſeptus & munitus; inde* Iatuſtuſtun, *locus gigantis munitus. Fuere gigantes monticolæ, & exinde in alios latrocinia exercebant. Et viſuntur hodie pluribus in locis editis ingentes lapidum congeries, unico aditu, quas gigantum habitacula fuiſſe memorant.* Brunia ſik harde Guden. *h e.* Loricam accepit durus Deus *h. e.* Odinus. *Ipſi enim ante prælium ſacrificabant, & poſt victoriam Cæſorum corpora & arma ipſi conſecrabantur, ut alibi oſtenſum. Ne autem de alio quam Odino intelligi putes, en tibi inſcriptionem lapidis Föreſtadenſis, in Territorio Veſbo, in Smalandia,* ᚢᚾᚢᛚᚠ• ᚬᚢᚴ• ᚬᛋᚴᛁᛚ• ᚱᛁᛋᛏᚢ• ᛋᛏᛁᚾ• ᚦᛁᚾᛋᛁ• ᛁᚠᛏᛁᚱ• ᛚᛁᚠᛋᛏᛁᚾ• ᚠᛆᚦᚢᚱ• ᛋᛁᚾ• ᚼᚱᚦᛁ• ᚴᚢᚦ• ᚭᚦᛁᚾ• *h.e.* Unulfus & Aſkilus crexerunt lapidem Lifſtino patri ſuo. Durum Deum Odinum! *Aliæ lapidum inſcriptiones hac formula utuntur:* Hirdi Guden trygg, hirdi Guden þegn, hirdi Guden kan, & *ſimilibus. h. e* Servet Deus fidum, ſervet Deus famulum, ſervet Deus notum ſibi. *Ubi nomine* Gud *ipſe etiam intelligitur Odinus, ad quem ex hac vitâ abeuntes commigrare credebantur.* Hirda *autem ſervare & cuſtodire eſt. Sed hoc verbum hic in noſtro lapide locum non habet, ubi vox* harde *epitheton ejus eſt, & exponitur durus Deus, quod duræ & ſangvinariæ leges ejus fuerint.*

Pag. 19. Qui veterum eam ſic appellarint non addit) *Cum Muſcovitæ mare Baltheum vocent mare* Varegum, *teſte Herberſteinio Rer. Moſcov. credere quis poterit & Sueoniã ab iis Veregum aut Veregiam appellari.*

Pag. 56. Uti ex Beda collegerunt viri docti) *Lege omnino quæ cum cura collegit Thomas Mareſchallus Anglus, in obſervationibus ſuis in verſionem Anglo-Saxon. N. Teſtam. de vocibus Jul & Midvinter. pag.* 519. *& ſeq. Ubi plura loca ex LL. & Menologio Anglo-Saxonicis citantur & explicantur. Conveniunt*

veniunt tamen cum iis quæ habet Beda, ut ipsemet fatetur Mareschallus. Indubitabilis nempe fuit auctoritas Bedæ, â qua discedere posterioribus religio fuit.

Pag. 66. Velut ipsamet testatur bulla Petro Arosiensium Episcopo perscripta *) Si prædicto Anno & illi Episcopo scripta fuit bulla ista Papæ Alexandri Tertii, ab alio Arosiensi Episcopo, longo post tempore publicata vel renovata fuit, ut sequens monstrat authographum tribus sigillis munitum.*

—. Dei gratia Episcopus Arosiensis, universis præsentes literas inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos felicis recordationis Alexandri Papæ literas recepisse sub hac forma: Alexander Episcopus servus servorum DEI, Venerabili fratri Episcopo Arosiensi in Svethia, salutem & Apostolicam benedictionem. Intimantibus venerabili fratre nostro Archiepiscopo, & dilectis filiis Capitulo Upsalensi, accepimus, quod eorum Ecclesia est in vili & despecto loco posita, ita quod propter quamplurimas incommoditates, & in præcipuis festivitatibus Upsalen. Ecclesiæ vix inveniantur aliqui, quibus Archiepiscopus prædicet verbum DEI. Quare fuit nobis ex parte ipsorum humiliter supplicatum, ut quod dictam Ecclesiam, *retento sibi suo antiquo nomine*, transferre ad alium locum eis magis idoneum possint, ipsis concedere de benignitate sedis Apostolicæ curaremus. Nos igitur eorundem supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus transferendi eandem Ecclesiam ad locum alium prout exigentibus necessitate ac utilitate videris expedire, tribuas eis auctoritate nostra liberam facultatem, sine præjudicio juris alieni. Datum Witerbii Non. Septembr. Pontificatus nostri anno quarto. Nos vero mandatum Apostolicum omni devotione adimplentes, dictis Capitulo Upsalen. eorundem Ecclesiam transferendi ad *Ostraaros* concedimus auctoritate Apostolica liberam facultatem. In cujus rei testimonium præsenti literæ sigillum nostrum una cum sigillis venerabilium fratrum nostrorum, Dominorum H. Lincopensis & F. Strengnensis Episcoporum duximus annectendum. Datum Anno Domini M.º CC.º LXXI. quinto Idus Septembr. sequenti die post nativitatem beatæ Virginis.

Regnum Sveoniæ hoc tempore Valdemarus Birgeri filius, & Archiepiscopatum Folko tenuerunt: cui & translationem sedis Archiepiscopalis adscribit Messen. Chron. Episc. pag. 27. Etiam permagnis laboribus Cathedram de rurali ad civilem transplantavit Upsaliam, illic templum sumptuosissime inchoatum egregie continuando: attamen multo antequã operi manus ultima imponeretur, Folkoni mors diem dixit, nimirum. V. Non. Mart. Anno MCCLXXVII. *Nomen Arosiensis Episcopi ex diplomatis initiali litera, monachali ruditate exarata colligere non potui. Episcopatum tamen tunc tenuit Israel. Messen.*

 Chron.

Chron. Episc. pag. 94. *Cur autem Capituli tantum mentionem in diplomate fecerit, cumin vivis fuerit ipse Archi-Episcopus, non video. Nostræ vero sententiæ, de veteri & rustica Upsala, confirmandæ, non parum momenti adfert locus templo cathedrali ædificando designatus* Ostraaros. *h. e. Orientalis fluminis ostium, â navigantibus sic dictum, respectu ad Vestra Aros, h. e Occidentalis fluminis ostium, per quod navibus ad Arosiam aditus est. Nam si in hoc loco vetus illa Upsala sita quondam fuisset, ejus utpote longe celeberrimi, non* Ostraaros *meminisset: Quod ostium, ut & totum pratum regium, restagnantibus late Meleri aquis deţ ressum quondam fuit: & tum demum siccatum, cum per istmum Agnasit, navibus suis exitum in mare fodit Olaus Crassus Norvegiæ Rex, Olafs Saga cap* 21. *Notentur etiam verba literarum Alexandri Papæ, de Ecclesia transferenda:* retento sibi suo antiquo nomine. *Si hæc Ecclesia nomen illud retinere debebat, quod pridem ab Upsala rusticâ accepit, utique locus ille in quem transferenda erat, antea Upsala dictus non fuit.*

Pag. 185. Angantyr Ulf-hamur) *mendum hic, me non advertente, irrepsit. Lege* Angantyr.

|

Heidrekur Ulf-hamur.

Ord-

Ordſtafa-Rad.

Eller

ABC-Rad på the merkeligaſte Orden ſom i Herwarar Saga finnas; af hwilka the ſom ey tydas med Latiniſke ord / äre Nomina propria hominum, regionum, locorum, fluminum &c. Hwilket ſkönjas kan af the rum the äre uthdragne.

AFl. 1. 2 *Robur.*
Afrkoſtir 14. *Conditiones duræ & iniquæ.*
Af ſuor 8. *Denegatio.*
Agiætaſti hermadur 1. *Præſtantiſsimus pirata.*
Agiætt ſlekti. 4. *Genus celebre, illuſtre.*
Agnafit. 5.
Agnſax. 16. *Culter piſc..orius.*
Akafliga. 10. *Vehemente.*
Ala barn 6. *Parere.* ol *peperit.* Ol 11. *genuit.*
Aldeioborg. 5.
All-eyda 18. *Solitudo, deſolatio.*
Alf-heimar 1.
Alfr Kongr 1.
Alit 12. *Adſpectus,*
Allblijd 13. *Affabilis.*
All-blodugr *Totus ſangvine adſperſus.*
All-gaufgvaſtr. 8. *Dignitate præcipuus.*
All-mælt tidindi. 7. *Res geſtæ omnium ore celebrata.*
Allmikil oroſta. 19. *maximum prælium.*
All-Sigurſælir 3. *Victorioſi.*
Alltraudr. 5. *invitus.*
Alþyda. 8. Alþydufolk. 17. *plebs.*
Alr 17. *ſubula.*
Aluporr. 1.
Ama Imufs dottr. 1.
Ambatt 18. *Ancilla, ſerva.*
Andarvani 15. *Spiritus expers* Lijfs-andvani. 15. *idem.*
Angantyr. 3.
Andgrimr Berſerkr 1. Andgrimr Riſi. 1.
Andlat 12. *Mors.*
Andſpioll 17. } *Reſponſum.*
Andſvor 11. }
Ar 11. *Annona felix, uber proventus.*
Arbot. 14. *Sacrificium pro annona.*
Arædi 3. *Audacia, promtitudo aggrediendi ardua.*
Arheimar. 17.
Arn. 15. *Focus.* Elldr folgin i arni 15. *Ignis cineribus tectus.*
As. 17. *Odinus.*
Aſiamen. 1. 2. *Ita vocantur qui cum Odino in Scandiam venerunt.*
Alkar 5. *Navium nomina.*
At augum 7. *In momento oculi.*
Atburd 12. *Quod ſuo, & certo modo accidit.*
Atganga 11. *Invaſio, aggreßio.*
Atgiorvis menn. 8. *Homines induſtrii, ſtrenui.*
Avalt 8. *Facile.*
Audr 6. *Opes.* audlaſt 6. *Opes acquirere.*
Audru meigin. 5. *Ab altera parte.*
Audruviis. 10. *Aliter, alio modo.*
Aur. 20. *largus.*
Aurdigr 15. *Splendidus.*
Aurgrua. 15. *Fovea pro recipientis cineribus in foco.*
Auſtan. 2. *Ex Oriente.*
Auſtr vegr. 13. *Ita vocant Norvegi mare Balthicum.* Hodie Öſterſiön. Han fori Auſtr veg. h. e. *Piraticam exercuit in mari Balthico.*

Æ.

ÆDra ord. 5. *Verbum deſperati animi indicium.*
Ædra. 17. *Majus, ſuperius.*
Ægis dætr. 15. *Maris filiæ h. e. undæ.*
Æſa. 20. *Effervеſcere.*
vel Ættborin 4. *Illuſtri loco natus.*
Ættborin til rikis 11. *Regnum majorum jure ſibi vendicans.*
Ættmenn 9. *Qui ejuſdem ſunt ſangvinis.*
Ættſtorir menn. 16. *Amplâ proſapiâ orti.*

B.

BAdmur 19. *Pratum, planities.*
Bal 15. *Pyra.*
Bani 12. *Homicida.*
Bani 5. *Mors, fatum.*
Bandingi. 9. *Vinculis conſtrictus.*
Banna. paſſim, *prohibere.*
Bardage 5. *Pugna.*
Barnſali 13. *Qui filium aliis educandum tradit.*
Barns-ali *nutritor pupilli.*
Þat barſt ad. 2. *Accidit.*
Baſmir 19.
Bær 12. *Prædium, villa.*
Baugr 17. *Annulus.*
Bauggerdr. 1.
Baudikar 17. *Sangvinem effundens.*
Bergbui, Bergriſi. 1. *Gigas, monticola.*
Berſerkr 1. 3. *Qui certo quodam furore in pugnam ruit.*
Biartmar Jarl. 5.
Bila 2. *Deficere.* nema hugur bili. 5. *niſi animus deficit.*
Bil. 7. *Intervallũ temporis vel loci.*
Bit ſkalm 15. *Mandibula.*
Blaſa ſaman lidi 19. *Buccina militem ad pugnam convocare.*
Blijda 10. *Benevolentia.*
Blodrefill 5. *Gladius vel cuſpis vulnificus.*
Blodtrie 20. *Sacrum lignum, idolum Odini victimario ſangvine adſperſum.*
Blota 13. efla blot 20. *Sacrificare.* ganga at Blotinu 1. *Sacrificiis cruentis præeſſe.*
Blotſueirn. 20.
Bolkona 12. *Vxor.*
Bolva 19. *Maledicere.* bolvad. *maledictum.*
Borda 6. *Acupingere.*
Bradur 5. *Citus.*
Braddaudr 20. *Cita morte extinctus.*
Bragi Skald. 20.
Bravellir 20.
Brautt, burt 6. *Foras, peregre.*
Breſta 17. *Frangi.*
Briotaſt vid 3. *colluctari.*
Brimreid 15. *Æſtuarium.*
Brudkaup. 3. *Nuptiæ.*
Brynia 5. *Lorica.*
Budlungr 7. *Princeps, rex. Poëtic.*

Bua apparare. Vidbuin 11. *Accinctus.*
Bunadr 7. *Vestes, ornamenta.*
Bustadr 5. *Domicilium.*
Butimbr. 15. *Materia ædificii.*
Bust 14. *Seta.*
Byria 5. *Incipere.*

D.

Dampar 17.
Dapstadr 17.
Dæld. 7. *Loca subterranea.*
Deija 1. *Mori.*
Deila 7. *Litigare.*
Dellings dyr 15.
Disablot 1. *Sacrificium Frigga.*
Disar dalr. 11.
Dauckur. 7. *Obscurus.*
Dreifast 13. *Spargi.*
Draugar 7. *Lemures.*
Dreiner 7. *Vir fortis, strenuus.*
Dros 15. *Mulier.*
Drykiumal 13. *Tempus prandii vel cœnæ ubi largius interdum se invitabant.*
Drynhuarn 15. *Cranium bovis.*
Dualin. 2.
Duelia 4. *Morari.*
Dul 10. *Quod negare vel occultare volumus.*
Dularkufl 12. *Habitus personatus, larva.*
Dunheidi 19.
Dunur 6. *Sonitus, tumultus.*
Dylgia, dylgiodalir 19.
Dyrgripir-fiar. 7.12. *Thesaurus.*
Dyrin 2.
Dyrkeipt. 7. *Magno pretio emptum.*

E.

Eckia 15. *Vidua.*
Efla blot 11. *Sacrificare.*
Efni 6. *Materia.*
Efnilegr. 11. *Bonæ indolis, rebus gerendis non ineptus.*
Efri folsadeidi 1. Trollhätta.
Eggiast 7. *Incitari.* eggia 5. *Incitare.*
Eggiern 2. *Acies ferri.*
Eyar skieggiar 7. *Insulares homines ingenij ferocioris.*
Einka barn. 7. *Filius unicus, filia unica.*
Einirkundir 18.
Einmæli 19. *Duorum colloquium sine alijs arbitris.*
Einvalds Kongr 20. *Monarcha.*
Einvig 2. *Monomachia.* Heya einvig 5. *Singulare certamen conserere.*

Eivor 7.
Eliom 7. *Animus, audacia.*
Elivogar.
Elli 1.11. *Senectus.*
Ern. 5. *Aquila.*

F.

Fælast 7. *Timere.*
Fær. 15. *Qui potis est, pollens.*
Fagr 1. *Venustus, pulcher.*
Falld. 15. *Peplum.*
Far. 7. *Cymba, navicula.*
Fargiarn 15. *Instabilis.*
Farsæld 14. *Res secundæ. bona fortuna.*
Fanderni 6. *Paternum genus.*
Faur 3. *Iter.*
Fauruneiti 11. *Comes, itineris socius.*
Fegurd. 4. *Pulchritudo.*
Feigr. 19. *Fato destinatus.*
Feiknstafir 7. *Runæ magicæ ad excitandos mortuos efficaces.*
Fela sig 15. *Occultare se.* fal folina 19. *Interpositu suo solis lumen avertit.*
Feltradur. 19. *Meticulosus.*
Fen 7. *Paludes.* Femina
Festar mær 1. *Sponsa.*
Fetlar 7. *Baltheus gladij.*
Fiaur. 5. *Vita.* item 7. *Fortuna, Fatum.*
Fiaurlausn 2. *Redemptio vitæ.*
Fielagi 8. *Socius.*
Fiolmenni 7. *Multitudo hominum.*
All fiolkunnugur 1. *Multiscius, artis magicæ peritissimus.*
Firdar, firar 6. *Viri.*
Flaradr 7. *Vafer, subdolus.* Flærd, *dolus.*
Fleinn 15. *Ferramentorum bifidorum cornua, ut furcarum, ancorarum &c. Anchoræ morsum dixit Virgilius.*
Fliotur 7. *Fugax.*
Fliotlega 7. *Celeriter.*
Fliod 5. *Mulier, amasia.*
Flockr 11. *Caterva.*
Flotti brast. *Fuga facta est.*
Fold 5. *Terra, Regio.* Foldar moldbui. 15.
Forrædi lids. 7. *Præfectura militaris.*
Forsæla 15. *Loci umbrosi & à sole aversi.*
Forspar 1. *Præscius.*
Fortolur 8. *Persuasiones.*
Fostri 6. *nutritius.* Fostra, 8. *Enutrire.*

Fostriord 19. *Patria, alma patria.*
Fostur 8. *Educatio.*
Fram ganga 9. *Fortitudo.*
Framlidinn 6. *Mortuus.*
Frækn. 7. *Fama celebritas.*
Frægr. 9. frægastr. 3. *Celebris, celeberrimus.*
Frækinn 6. *Vegetus.*
Frestr. 11. *Mora.*
Fridr. ari. astr. *Pulcher, rior, errimus.*
Fridleikr 7. *Pulchritudo, venustas.*
Frietter 11. *Interrogationes & responsa Deorum, oracula.*
Friland 10. } *Terra hospita terra amica in qua quis liberum receptum habet.*
Fridland 13. }
Frilla 8. *Concubina.*
Fullhugi 5. *Animi plenus.*
Full roskin 7. *Qui adolescere desiit, matura ætatis.*
Full-braustr. 7. *Viribus integer.*
Fylki 19. *Dux agminis.*
Fyri sier. *Præse.* mikill madr fyri sier *Vir præstantissimus.*
Fyris-vellir. 20.
Fysa, Fleßa 13. *Nimium festinare.*
Fysir mig 6. *Festino.*

G.

Gandvik 1.
Gat 11. *Peperit* ab gieta *parere.*
Gata 14. 15. *Ænigma.*
Gata, 7. *Platea, via.*
Gautar 13. *Gothi.*
Gautelfi. 1. *Gotelba.*
Gautland 14. *Gothia.*
Geisli. *Radius*, solargeisli 7. *Radius solis.*
Geirlaukur 15. *Porrum.*
Geirraudargardr. 20.
Gersemar 13. *Res pretiosæ.*
Giæfa 10. *Felicitas, fortuna.*
Gialfrmenn 7. *Nauta. poëtic.*
Gestur blinde 14.
Giptast 1. *Nubere.*
Gista Odin 5. *Odini hospitio excipi, h. e. in cæsorum numero censeri.*
Gisting 7. *Hospitum receptio.*
Gissor 8. Gissor Gritungalid 18.
Girkiar 1. *Græci.*
Glæsisvellir 1.
Gloa. 19. *Resplendere.*
Glyggr 15. *Ventus.*
Gnæfr 19. *In præcipitio constitutus.*

God neutr. plur. 14. *Dÿ numina.*
Gofgvaſtr 11. *Dignitate alios antecedens.*
Gotta mal. 7. *Carmina magica, armis inſcripta.*
Gramur 19. *Iratus.*
Gras gardur 13. *Hortus.*
Grenia 5. *Ringere, ore diſtorto & torvo eſſe.*
Grid 19. *Securitas, pax.*
Gron 19. *Barba, mentum.*
Grima 7. *Nox.* Grimliuſt, *lux ſubobſcura.*
Grips-a. 16.
Grodur 15. *Fœtus, pullus.*
Grof 17. *Lucus.*
Gruna 13. *Perpendere.*
Grund 1.
Gudmundr 1.
Gullbrar 12. *Supercilia coloris aurei.*
Gullſiod 8. *Crumena auro gravis.*
Gunni 17. *Viri, homines.*
Gunni ad heija 19. *Pugnare.*
Gunnfani 19. *Dominus virorum, rex, princeps, dux.*
Gyſi. 2.
Gyna 15. *Rictum exporrigere.*

H.

HÆd 5. *Locus eminens, collis.*
Hætt 14. *Periculum.*
Hætta 8. *Periclitari, finire, abſtinere.*
Haddr 15. *Crinis.*
Haf-bara 15. *Unda maris.*
Hagr 2. *Qui artificium ſuum excellenter callet.*
Haki 12.
Halda hiord 7. *Gregem paſcere.*
Hald *Commodum.* ad haldi 8. *uſui.*
Halfriſar 1. *Semi gigantes.*
Halftroll 1. *Semigigas.*
Hali 15. *Cauda.*
Haull. 4. *Palatium.*
Halt 7. *Lubricum.*
Hallæri 11. Halläht / Dähr / *Annonæ caritas.*
Halur 5. *Vir, miles.*
Hamars-heid 5. *Terra inculta, ſaxis ſylviſque horrida.*
Handafiaull 16.
Hand-nirda nam 7. *Phrygionum artificium.*
Haralldr 9.
Hærri 3. *Altior.*
Harmur 12. *Luctus, mœror.*
Harma 15. *Lugere.*
Harmdaudi 8. *Cujus mortem omnes lugent.*
Harmbrunginn 11. *Dolore preſſus.*
Haudr 12.
Haugr 20. *Tumulus.*
Haugaaldr 7. *Vertex vel ſummitas tumulorum.*
Haugaelldar 7. *Ignes fatui, qui in tumulis non raro videntur.*
Haukur 12. *Falco vel accipiter.* ejus *generis ſunt*, Smyrlar, gas-haukar, falkar.
Haurgr 1. *Idolum, fanum, ſacellum, ara, lucus.*
Hefnifamur 12. *Vindictæ cupidus.*
Heidrekur.
Heidi Gilſa dotter 2.
Heya vig 4. *Pugnare.*
Heigdir med vopnum 5. *Cum armis ſuis tumulati.*
Heilrædi 8. *Sanum & utile conſilium.*
Heimſkr 7. *Inſipiens, ſtultus.*
Heimilt 4. *Domeſticum, familiare.*
Heitſtreinging 4. *Votum conceptum.*
Helga 10.
Helmingaſkipti 18. *Diviſio in duas partes æquales.*
Helvegr 15. *Via ad tartara ducens.*
Herad 1. *Territorium.*
Herbod 19. *Indictio belli.*
Herbudir 19. *Tentoria caſtrenſia.*
Herborg 13.
Herbar 17.
Herduergar 2. *Fabri ſemidæmones.*
Herfang 3. 13. *Præda.*
Herfær 18. *Prælio aptus.*
Hergerdr 13.
Hergrimr 1.
Heria 3. *Populari, prædas agere.*
Herlogr 13.
Herlid 18. *Copiæ militares.*
Hermadr 1. *Pirata, miles.*
Hermanligr 5. *Strenuus, in prælia promptus.*
Hernadr 1. *Piratica.*
Herſkip 5. *Navis piratica.*
Herturi eitri 5. *Veneno tinctus & induratus* ſcil. *gladius.*
Hervardr. 7.
Hervor 6.
Hervor Yngri 13.
Hervopn. 13. *Arma militaria*
Hialmar hin hugfulli 4.
Hildi heya 18. *Prælium inire.*
Hildr 19. *Pugna*, poëtic.
Hilli 6. *Gratia.*
Hilmr 5. *Rex*, poëtic.
Hiolt 2. *Gladii capulus.*
Hior 7. *Gladius.*
Hirda 7. *Servare.*
Hirda all litt. 13. *Parvi facere.*
Hirdviſt 8. *Vita vel ſocietas aulica.*
Hlif 7. *Scutum, clypeus.*
Hoggvaſkipti 3. *Ictuum viciſſitudo in certamine ſingulari.*
Hollr 4. *Fidus.*
Holmganga *monomachia.* ægiat holmgangu ſuerd. 3. *gladii præſtantiſſimi quibus monomachi fidere ſolebant.*
Horfa 11. *Vergere, reſpicere.*
Horfir til heliar 15. *ad Tartara vergit.*
Hornbogar 19. *Arcus cornei.*
Huaunn. 15. *Angelica.*
Huarla 7. *Oberrare.*
Huellr 15. *Sonans.*
Huerfa af 5. *Relinquere.*
Hufa 12. *Anguſtum & rotundum capitis tegamentum.*
Haufudzmadur 10. *Anteſignanus.*
Hufudr 1.
Hugfaſtr 5. *Conſtans, animo non excidens.*
Hugareigandi 7. *Audax.*
ad huldu 7. *Occulte.*
Hum 6. *Crepuſculum,* Skymning.
Humli 12.
Hun 15. *Alea, trochlea.*
Hunaland 12.
Hurd 15. *Janua.*
Hyr 7. *Tractabilis, manſuetus.*

I.

IAki, & Yſiaki 15. *Glaciei Fragmenta.*
Jarlar 10. *Illuſtres viri, Comites.*
Jarpur 15. *Niger, ſubniger.*
Jaſſa-fioll 19.
Jartekn 16. q. Järntekn. *Signa indubitata, ſigna ferri candentis, impune attrectati; quo criminis alicujus inſimulati, innocentiam ſuam adſerebant, quod miraculi loco habitum.*
Idraſt 13. *Pœnitere.*
Illvirknadr 14. *Maleficium.*
Ingibiorg. 4.

Inge

Inge Konungr 4.
Inbyrdis 5. *Intra navem.*
Jofur 5. *Rex* poëtic.
Jok. 12. *Auxit* ab auka *augere.*
Jolaaptan 4. 14. *Parascheve Julia.*
Jor 15. *Equus.*
Jor-reikr 19. *Pulvis equorum cursu excitatus.*
Jotun *Gigas.*
Jotunheimar 1. *Terra gigantum.*
Irland 5.
Irdi 6. *Fieret* ab *verda.*
Ilkra 8. *Fremere, frendere.*
Itar 15. *Viri, homines.*

K.

KAllmadr 6. *Vir.* kallmeñ 13. *Viri.* kuenmadr 7. *fœmina.*
Kanna 7. *Visere, recognoscere.*
Kappar 4. *Pugiles.* Kiempa 7. *pugil.*
Kastali 19. *Castellum.*
Katr 8. *Hilaris.*
Kialki 15. *Mandibula.*
Kieppast 4. *Certare.*
Kil & kiol 5. *carina.*
Kiosa 8. *Eligere.*
Koliarn 15. *Chalybs quo ignem excutimus.*
Kongvesia 15. *Aranea.*
Konuskap 6. *Fœminea indoles.*
Kuern 17. *Mola.*
Kuongast 8. *Uxorem ducere.*
Kunnur ad illum blutum 13. *Maleficiis cognitus.*
Kyrr. 7. *securus, placidus*

L.

LA 15. *Mare.*
Hlæs meyar 15. *Vnda maris.*
Lad 5. *Solum, terra.*
Lage Kongs lægid 12. *Portus, navium statio.*
Lags madr 7. *Socius, sodalis.*
Lanardrottin 8. *Herus, dominus.*
Landeida 11. *Solitudo terræ, desolatio.*
Landflotta madr. 8. *Exul, erro.*
Landgiætzla 18. *Præsidium militare adversus hostiũ irruptiones.*
Langfædga ætt 20. *Progenies Majorum.*
Lau 1. *Jacuerunt.*
Leggia med suerde 1. *Gladio perfodere.*
Leid 4. *Iter quod quisque sibi proposuit.*
Leidaut 4. *Hospites & necessarios abeuntes humaniter prosequi.*
Leidi 12. *Sepulcrum.*
Leinivogr 12. *Occulta navium statio.*
Lenda 6. 12. *Ex alto terram petere, navem terra appellere.*
Letia 13. *Dissuadere.*
Lid, *Socii, milites.*
Lidzmenn 7. *Qui sub uno militant signo.*
Lidvarnarmenn 4. *Præfecti militum.*
Lietta hernadi 14. *A piratica desistere.*
Lifsandvane 5. *Vitali aura carens.*
Lind. Blikhuitlind 17. *Sangvis,* poëticum.
Liosta 8. 15. *Cadere, percutere.*
Liodmæli 13. *Mussitatio.*
Litr 5. *Color.* bregda lit, *pallescere.*
Logn 15. *Aura placidissima.*
Lockr 12. *Capillus contortus.*
Ludr 13. *Buccina militaris.*
Ludur Suein 19. *Buccinator.*
Lunds land. 1.
Lyk 15. *concavitas.*
Lypting 16. *Puppis.*

M.

MÆda 5. *Molestia afficere.*
Mal 7. *Sermo.*
Mæla 5. *Loqui, metiri.*
Mæla vel fyri 4. *Felicia apprecari.*
Malaleitan 8. *Negotii curatio.*
Mækir 7. *Gladius.*
Mægd 4. *Affinitas.*
Magr 11. *Socer.*
Mannaheimar.
Manpraun, 5. *Experimentum virium & animi.*
Mans alldr 1. *Ætas hominis.*
Mar 17. *Equus.*
Matadr 7. *Mutilator.*
Maugr 15. *Filius.*
Medalkafli 2. *Manubrium ensis.*
Meidar 17. 19. *Viri, milites.* poetic.
Meij 12. meijbarn 6. *Virgo.*
Meingi 19. *Multitudo.*
Meingiarn 7. *Qui aliis damnum libenter adfert.*
Meinvættir 7. *Spectra nociva.*
Men 7. 17. *Torques*
Menskr 7. *Humanus.*
Merki 9. 11. *Signum militare.*
Mirkve 15. *Nebula.*
Mistilteinn 3. *Nomen gladii.*
Mogr 17. *Magnus & robustus.*
Mun 8. *Momentum, inclinatio.* giora mun. *momentum addere, vel facere ut hoc illi præponderet.* h. e. *unum alteri in dilectione præferre.*
Munarheimur 7. *Domicilium cæsorum & mortuorum.*
Munadreingr 7. *Vir corvorum* poetic. h. e. *cæsus & inter cadavera jacens.*
Mungat 5. 15. *Cerevisia.*
Myrkvidr 17.

N.

NA 2. *Potiri, consequi.*
Namd. 1. *Vicinia.*
Naquæmliga 13. *Teneriter.*
Nar. 15. *Cadaver.*
Nausgas 15. *Anas.*
Hnefabogg 18. *Alapa, colaphus.*
Hneftafl, 15. *Lusus latrunculorum.*
Nema 1. *Rapere,* alias *discere.*
Neita 1. *Negare.*
Nidr 7. *Descendentes, filius, nepos.*
Nidings-verk 2. *Facinora infamia.*
Niosn 12. 13. *Fama, rumor.*
Hniota 5. *Ferire* alias *cespitare.*
Hnyga 17. *Procumbere.*
Nordurhalfurnar 1. *Plaga septentrionalis.*
Nordurlaund 1. *Terra Hyperboreorum.*
Nornadomur 19. *Decretum fatorum.*
Hnossir 7. *Res pretiosa*

O.

Oast 15. *Timere.*
Odains akur 1. *Ager immortalium.*
Odr 7. *Sævus.* odastr 5. 13. *sævissimus.*
Odæll 5. *Immansuetus, refractarius.*
Oddr vidforli. alias Arvar Oddr.
Ofeiginn. 8. *Tristis.*
Ofgamal 18. *Annosus.*
Ofgiort 14. *Nimis fecisse, peccasse.*
Ofkingia 7. *Denunciare.*
Ofresli 16. *Quicquid vires nostras superat, vel cui resistere non possumus.*
Offresli i gulli 13. *Ingens auri pondus.*
Off-sanna 18. *Experiri verum esse quod credere non volumus*
Ogn Alfasþreingi. 1.
Okatur 13. *Tristis.*
Oliknligr 14. *Incongruus.*
Olkier 15. *Vasa otoria.*

Sueisi

Ordstafa-Rad.

Sueinn 13. 7. *Puer.*
Sueit 9. *Comitatus.*
Suiavelldi 20.
Suinahirdir 6. *Custos porcorum.*
Suinfinna 15 *Sucula.*
Sunnugoltr 14. *Verres soli consecratus.*
Syria 15. *Aqua nive constipata.*

T.

TAfl 7. 15. *Latrunculi.*
Tæma 18. *Evacuare.*
Temia 6. *Adsuescere.*
Tialdbud 16. *Tentorium.*
Tidendi. 4. *Quæ eveniunt, & omnium sermone feruntur.*
Tigna 14. *Suspicere, cultu prosequi.*
Tignar nafn 5. *Dignitas præeminens.*
Tilgiord 8. *Peccatum.*
Tinna. 15 *Silex.*
Tirfingr 2.
Treigi 5. *desiderium.*
Treista 5. *Confidere.*
Trunadar eidr. 11. *Juramentum fidelitatis.*
Tyrarlausir, 5. *Loricâ carentes.*
Tyrargiarner 5. *Qui hostem loricâ exure festinant.*
Tyrkiar 2.

Þ.

ÞEckiast 8 *Agnoscere, agnosci, placere.*
Þiassi Jotun 2.
Þykiast 15 *Videri.*
Þiggia 13 *Acceptare.*
Þiodir 1. *Populi, gentes.*
Þiodann 17. *Rex, curator populi.*
God þiod 17. *Bonus populus* h. e. *subditi fideles.*
Þiotande 15, *Stridens.*
Þor 1. *Thor Deus.*
Þora 1. *Audere.*
Þostalaus 15. *Non sitiens.*
Þrijfa 7. *Apprehendere.*
Þuerra 5. *Consumi, finiri.*
Þundr 16. *Vir.* poetic.
Þusa 13. *Proruere.*
Þussar 1. *Gigantes.*
Þij oc Þræl 17. *Servus, mancipiū*

V.

VAgnbraut 9. *Via lata, via regia.*
Vakr ad viti 1. *Ingenio promptus.*
Valr 11. *Cæsorum cadavera.*
Vals-hamr 15. *Species vel forma accipitris.*
Vandi 4. / Vandamal 14. / Vandrædi 14. } *Res molestiarum & periculi plena.*
Varer 15. *Labia.*
Varla 3. *Vix.*
Vaur 15. *Spuma maris.*
Varlaus 15: *Incautus,* item *spuma carens.*
Vegsemd 6. *Decus*
Vera 7. *Vitæ institutum.*
Veidi 2. *Venatio. veida* 2. *venari.*
Veigr 17. *Potus præstantissimus.*
Veitzla 8. *Convivium.*
Verda vid 6. *Affici.*
Vidfrægr 9. *Celebris.*
Vidlendastr 13. *Amplissimæ ditionis dominus.*
Vidskipti. 5. *Certamen.*
Viel-fiædrir 15. *Cauda avium.*
Vigr 17. *Ætate bello aptus.*
Vigvollr 19. *Arena, locus certaminis.*
Vikingr 7. *Pirata.* Viking *piratica.*
Vila. 17. *circumcingere.*
Villigalt 13. *Aper.*
Villhiggiandi 7. *Ferocis ingenii*
Vinattumal 13. *Amicitiæ conciliatio.*
Vinland 13.
Vinsæld 8. *Amicitiæ felicitas.*
Virding 13. *Honor, existimatio.*
Visinda menn 11. *Oraculorum interpretes, magi.*
Visir 19. *Dux.*
Vitia 8. *Invisere.*
Vitr 1. *Sapiens.* Vitlaus 7. *demens.*
Vitrleikr 4. / Vitska 4. } *Sapientia, intellectus.*
Umfram adra, *Ante alios, præ aliis.*
Umgiord 2. *Vagina.*
Umhuerfis 7. 9. *Circumcirca.*
Una 5. *Re aliqua delectari.*
Und 5. *Vulnus.* Undadr 5. *Vulneratus.*
Undran 12. *Admiratio.*
Vndanlausn. 15. *Liberatio, satisfactio.*
Vnnavogr 5.
Vo 1. *Percussit* ab *vega.*
Vodi 3. *Quod contra voluntatem evenit.*
Von 8. *Spes, exspectatio.*
Vopnlaus 15. *Inermis.*
Vorn 10. *Defensio.*
Uppras 12. *exscensio.*
Uppsaler. 4.
Upsol 7. *Vomitrix.*
Urlausn 11. / Urskurd 11. } *Sententia rei judicatæ.*
Vrlausn 14. *Explicatio.*
Vtfaur 8. *Exequiæ.*
Vtanverdr. 5. *Oram versus.*
Vtlægr 8. *Exul.*
Vtverdir 16. *Excubitores.*

Y.

YFirlæti. 10. *Superbia.* gott yferlæti *magnifica & superba hospitum exceptio.*

FINIS.

Stafawillorna åra få / them kan then godwillige Låsaren siålf råtta.

Hildegisl — â Hildr pügna Herv. S. c. 19 & Geisli Radiüs ibid: c. 7.
Solargisli Radiüs solaris. Hildegeisli qui in pralio emic

Hildebrand — "

Alboin ab all. totüs & büin paratüs. Hervar. S. Cap. 13 Sam
var büin paratüs erat.

Lüdwig, â Lüdr büccina militari & wigr aptüs.

Künigünd üxor mariti â Kona & Günni i.e. Viri foemina.